23. & col. 5. 1. n. 58. lib. 4. Gratian.
discept. 200. n. 12. inde Pronerbo
c. 18. dicitur: Vir amabiles ad so-
cietatem magis amicus erit, qua
frater. Omnique sanguinis coniu-
ctiōni preferendam, † non solum ex 253
Philosophorum auctoritate (nempe
Cicerone 1. offic. & in Lælio, Va-
lerio Max. lib. 4. c. 7. Petrarch.
lib. 1. de remed. vtriusque fortu-
nae dialogo 52.) sed & multorum
iurium auctoritate firmant Me-
noch. consil. 683. num. 23. lib. 7.
Declat. dist. num. 13. vers. Rema-
net, Gratian. dist. cap. 200. num.
10. Osuald. in Donel. dist. lib.
18. c. 12. lit. K. & D. quoq; Thomæ

A Axiomata, & loca

In opusculo de dilectione Dei, &
2.2.q.27. Probatq; ab ordine litera
elegantior id Carol de Graf. d. nu.
82. ex Psalm. 37. dum dicit, Amici
mei, & proximi mei aduersus me
appropinquauerunt, & steterunt,
aliorumque Theologorum, & Sancto
rum authoritate. Parentisque loco ¶
amicum haberi, imo parentum affe
ctionem amicitiae superate, dixerunt
multi, Surd. de aliment. tit. 1. q.
11. n. 15. Camil. Borrel. in repet.
pragm. Odialitium, §. 1. glos. 3.
nu. 89. alijque adducti per Tiraq.
in l. Si vnquam, verb. liberis, nu.
101. C. de reuoc. donat. & à Ca
rol. de Graf. d. tract. nu. 85. vers.
Et nonnulli, imo & filiorum (quod
magis est) excedit ¶ amorem, si Se
neca credimus, qui epistol. 100. lib.
17. haec protulit: Tam moliter tu
fers mortem filij? quid faceres
si amicum perdidisses? Est enim
amicus alter ¶ ego, ex vulgata
Aristot. sententia Ethic. 9. cap. 8.
Quidijque Tristium lib. 4.
Hi duo corporibus, mentibus, vnus
erat.

Et Horat. carmin. lib. 1. Oda. 3.
Et serues anima dimidium mea.
Tusch. lit. A. conclus. 326. nu. 3.
Carol de Graf. dict. tract. num. 5.

A communia iuris. 41

293. plura in id iura adducit Ioan.
de Lignano in tract. de amicitia,
cap. Amicus quomodo se habere
debeat ad amicū, à n. 1. & Leuiti.
c. 19. dicitur: Diliges amicū tuum
sicut teipsum. Inde amicorum bona
vt nostra ¶ communiaque sunt, Sen
nec. de benefic. lib. 7. in capit.
Sapientia ergo, &c. Quidquid ha
bet amicus (ait) commune est
nobis. Et quidquid non solum bo
norum externorū, sed etiā animi am
icus habet, alterius quasi suum est,
testante Plinio Minore epistolar.
lib. 7. Minutio suo: Libellum (in
quit) formatum à me sicut exe
geras, quo amicus tuus, imo no
ster: quid enim non commune
nobis? & ex quo, & illud deduci
tur axioma: Amicum ¶ amici mei
mentem esse amicum, vt & amicus ini
mici mei, vel inimicus amici mei
mens dicitur inimicus, vt infra lit.
I. num. 81. notamus.

A MISSVM non dicitur,
quod non durat amissum, l. Pro
parte, §. versum, D. de in rem
vers. fr. Emman. Rodrig. tom. 2.
regul. quæst. 78. articul. 12. vers.
Nec etiam obstat, & faciunt tra
dita per Mench. illustri. cap. 32.
numer. 3. & per Tiraquel. in l. Si

A *Axiomata, & loca*

vnquam, verb. Susceperit liberos, numer. 171. & sequentib.

260 **AMITTERE** rem, vel deteriorem factam recipere paria sunt, l. Nautis onuste, §. fin. D. ad leg. Rhod. de iact.

261 **ANALOGVM** per se sumptam, stat pro famosiori significato, §. Sed ius quidē ciuile, inst. de iure natur. gent. & ciu. cap. Pudor in fin. 32. quæstion. 2. plenē Alex. Raadens. de analog. c. vniu. & æquiuo, lib. 1. capit. 9. per tot. cum citatis infra liter. V. num. 37.

262 **ANNALIA** ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, l. Pure, §. fin. D. de doli except. l. Licet, C. de excep. l. 4. C. qui admitti, Cal. Pereir. in l. Si curatorem, verb. infra, numer. 15. C. de in integr. restit. minor. Surd. decis. 277. numer. 17. Stephan. Gratian. March. decisio. 151. numer. 12. Christophor. de Paz ad l. styl. 184. numer. 3. cum notatis infra lit. T. numer. 25. & sequent.

263 **Intellige** quando principaliter agendo non potest quis in iudicio ius suum proponere, sed excipiendo son-

A *communia iuris.* 42

tantum, tunc enim perpetuo potest excipere; scēus si principaliter agendo infra certum tempus illud proponere potest, infra illud enim tunc tenetur excipere, ex l. Papinianus, §. Si filius, D. de inoffic. testam. & ex resolutis per Anton. Gom. tom. 2. variar. capit.

6. numer. 2. prope fin. traduntque in specio hanc limitationem, & intellectum Gutierrez practis. libr. 1. quæst. 96. numer. 4. & per dict. §. Si filius, Vincent. Carot. de remed. contra præiudic. sentent. veldamnol. execut. except. 22. quæst. 18. numer. 22. qui ibid. numer. 10. & 11. intellexerat, limitatque axioma hoc procedere ante motam actionem † 264
scūs post, citius enim alias exceptio perditur, quam actio, vt notatur in capit. vltim. 16. quæstion. 4. Limitans deinde, numer. 13. regulam præfatam, nisi ad excipiendum limitatum † 265
sit tempus ex sententia Felini ibi relati, per l. Quoties, C. de precib. imper. offer. adducitque præterea, l. Si intra, C. de non num. pecun.

ANNEXI,

A Axiomata, & loca

267 ANNEXI, & connexi idem est iudicium, etiamsi annexum maioris sit valoris, cap. Cum singulis, iuncta glos. verb. Annexi de prebend. lib. 6. glos. verb. Connexa in cap. Quanto de iudic. Hyppol. singul. 251. Guil. Bened. in cap. Raynuntius, verb. Et hortum, à numer. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 45. & lib. 2. casu 95. Girond. de privileg. numer. 751. *iunctis traditis supra* lit. C. numer. 124.

268 ANIMA pretiosior est corpore, ex autoritate Christi Domini Matth. cap. 5. & Luc. cap. 12. & ex text. in capit. Sedulo, 38. dist. cap. Precipimus, 12. quæst. 1. cap. Cum infirmitas ad fin. de pœnit. & remiss. Cardos. in praxi iudic. & advocator. verb. Anima, à numer. 10. *concinis que* Ouid. Amor. libr. 1.

Et corpus redimas ferrum patiens, & ignes,

Arida nec sitiens ora lanabis aqua;

Et valeas animo, quidquam tollerare negabis?

At pretium pars hæc corpore mains habet.

Cor.

A communia iuris. 43

Corpusque animi causa † *constitutum esse*, dixit Philof. ph. lib. 1. de anima, cap. fin. Omnibusque *ideo rebus anteponenda* † anima 270 est, l. Sancimus, C. de Sacros. Eccles. Tiraq. de privileg. piz caus. in præfat. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 4. quæst. 112. num. 4. & q. 152. nu. 4. Mascard. de probat. conclu. 1171. nu. 5. Surd. decif. 196. numer. 12. Gu-tier. in repet. l. Nemo potest, nu. 486. D. de legal. 1. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 28. num. 10. Cardin. Tufeb. lit. A. conclu. 333. nu. 120. Bart. Perct. ad extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. verb. Præterquam, nu. 11. pag. 178. Mar. Anton. variar. lib. 2. casu 37. Gratian. discept. forens. c. 935. nu. 36. to 5. *Et sacrum bonorum temporalium, per quam salus anima veluti redimatur, maximi loci loco habendam;* † *dixit eleganter* Taf. in l. Si quis maior, nu. 5. & 7. & Bolog. n. 14. C. de transact. Tiber. Decian. resp. 10. n. 21. lib. 1. Ioan. Mar. Nouar. quæst. forens. c. 151. nu. 8. & 9. *Et ubi de salute anima agitur, apices iuris attendi* † 272 *non debent.* Tiraq. d. tract. de priuil. piz

piz

A *Axiomata, & loca*

273
pia caus. privileg. 164. Ceuall.
commua contra commun quæst.
71. numer. 1. *Et tutor* † pars
est sequenda, I. Sunt personæ, D.
de relig. & sumptib, funer, cap.
Consiliu m, de obseruat. Ieiun.
Nauar. in manu. prælad. 1.
numer. 1. & numer. 4. & sequen.
& capit. 25. numer. 6. Rimi-
naldus consil. 358. à num. 260.
Augustin. Rabos. in collect.
Iuris Canon, in capit. Iuuenis,
numer 5. de sponsal. & matrim.
& in cap. 2. de regul. iur. Ste-
phan. Gratian. discept. forens.
tom. 5. capit. 995. numer. 10.
274
*Et leges pœnales, quæ subditorum
animæ consulunt, fauorabiles †
sunt censenda, extendique debent,*
Tiraquel. dict. loco, privileg.
261. Couarru. de sponsal. part.
2. capit. 6. in princp. nume-
ro 11. Azeued. in l. 2. numer.
4. titul. 1. libr. 5. nouæ Re-
giz collect. Perez in l. 1. ti-
tul. 1. libr. 5. Ordinam. pagin.
39. P. Sanchez de matrimo.
lib. 1. disput. 39. numer. 5. &
lib. 3. disput. 1. numer. 8. No-
uar. dict. quæst. 151. numer. 8.
& 9. Gratian. capit. 809. nu. 10.
tom. 5.

ANI-

A *communia iuris.* 44

ANIMVS, & *propositum* 275
distingunt maleficia, l. 1. §. Di-
uus, D. de sicar. l. 1. C. eod.
titul. 1. verum, D. de furt. Hyp-
pol. de Marci consil. 25. nu-
mer. 29. Hector Felic. allegat.
4. numer. 13 part. 1. Tiber.
Decian. tract. crimin. lib. 9.
cap. 27. à numer. 1. Mar Giurb.
consil. 1. num. 1.

ANIMVS *ex verbis, factis* 276
que cognoscitur, & indicatur, l.
L. 600 ad fin. D. de supel leg.
glos. in §. Sed istæ, instir. de
action. Alban. consil. 119. &
consil. 626. numer. 9. Paris.
consil. 131. numer. 20. volum.
1. & consil. 15. numer. 20.
volum. 2. Surd. consil. 82. nu-
mer. 33. & consil. 471. numer. 33.
Bardell. consil. 29. numer. 12.
quos cum plurimis alijs refert
Giurb. consil. 51. numer. 28.
sanctis his, quæ notamus infra,
liter. F. numer. 19. & 20. liter.
V. numer. Et talis animus,
qualis actus † gestus præsum- 277
tur Cels. Bergal. de dolo, li-
br. 3. capit. 11. numer. 12.
fol. 400. Inde Senec. de mo-
rib. Nil interest (ait) quo ani-
mos facias, quod fecisse visum est,
quæ

Axiomata, & loca

quia facta cernuntur, animus vero non videtur.

278 ANTECEDENTI concessio, conceditur & consequens. Vel antecedens videtur, qui voluit consequens, l. 2. D. de iurisd. omn. iudic. l. 1. §. fin. D. de offic. eius, l. Quicumque, §. pen vbi glos. D. de instit. act. l. Ad rem, & l. Ad legatum, D. de procur. l. Illud, D. de acquir. hered. l. fin. C. de bon. vacant. l. Si creditori, C. de fideicomiss. l. fin. D. de constit. Princip. Euerard. in locis legalib. loco 94. Anton. Monach. Florent. decisio. 29. numer. 15. Surd. consil. 310. numer. 11. lib. 3. *late* Carot. in cap. Cum quid, in princip. de reg. iur. in 6. *optime* Ioan. Mar. Nonar. quæst. forens. lib. 1. quæstion. 59. numer. 5 & sequent. Ioann. Anton. Mangil. de imputat. quæstion. 76. numer. 1. Farin. 1. part. praxis crimin. quæst. 39. numer. 138. *Vbi* axioma hoc e conuerso *et* etiam firmat, denegato nempe antecedenti, denegari & consequens.

280 *Limita, & intellige, quando antecedens est necessarium ad consequens consequendum, ex resolutis per Ferrer in constit. Cathal. glos.*

A communia iuris. 43

5. num. 78. & num. 82. & probant. l. 1. §. fin. D. de usufruct. l. Obligationum, fere §. Placeat, de acton. & oblig. l. Fundum sub conditione, §. 1. D. delegat. ul. Auibus, D. delegat. 3. Surd. conf. 91. num. 4. *Et intellige, vt per eum ibi.*

Limita etiam in causa temporali, per Episcopum laico concessa, et in que commisione, vel in petitionis hereditatis, quia spiritualis causa non veniet, licet sine ea principalis expediri nequeat, Angel. in l. 2. num. 3. D. de iurisd. omni iudic. Dec. in cap. At si clerici, num. 154. de iudic. refert, & sequitur Vincent. Carot. singular. 93.

ANTECEDENTI destructo, non datur consequentia, l. 1. §. Huius rei, D. de offic. eius, l. Veteris, D. de itiner. actuq; priuat. Euera. In topic. legal. loco 96. Crauet. conf. 231. num. 2. Anto. Monach. Florent. decisio. 29. num. 16. *vbi quod remoto antecedenti, eius quoq; consequens remouetur.*

APPROBARE quis non potest, quod semel impugnantis, l. Dispensatorem, D. de solut. Menoch. conf. 395. num. 89. Surd. conf. 136. num. 29. & seqq. conf. 157. numer. 10. *conf.*

A *Axiomata, & loca*

conf. 196. num. 2. cum seqq. conf. 351. num. 41. & conf. 364. nu. 27. Sanchez de matr. lib. 9. disput. 6. n. 9. pariter & conuerso, vt infra proxime n. 291. Et actum impugnans non potest illum approbare, nec in illo se fanlare, † Rota Rom. apud Farin. decif. 636. n. 8. tom. 2. p. 1. & decif. 596. n. 5. ibid.

284
285
286
Declara, & intellige verum, si actus pendet à voluntate vnus, Surd. conf. 136. n. 30. & seq. Vbi pariter limitat, & intelligit, si improbatia trahit secum † executionem, ex l. Bonorum, D. rem ratam haber. Bar. in l. Pomponius. n. 11. D. de nego. gest. & alijs.

287
Limita praterea si ab impugnatio ne ante sententiã impugnans destitit. Idẽ Surd. d. conf. 136. n. 3. & 4.

288
Limita deinde, quo ad acquirendã exceptionem ad quod, semel approbatum, poterit reprobari, licet non quo ad actionem, ex l. Quoniam §. 1. D. rem ratam haber. Surd. conf. 157. numer. 2. vbi etiam. nu.

289
3. *Limitat † ad fauorem ter-*

290
APPROBATIONE totius
qualibet eius pars approbata conse-
tur, Anton. Monach. Bonon. decif.
55. num. 11.

AP-

A *communis iuris.* 46

APPROBATUM semel, non po
test amplius reprobari, l. Põponius,
D. de negot. gest. Surd. conf. 18.
num. 2. & conf. 351. nu. 41. & de-
cif. 132. num. 4. P. Sauch. de ma-
trim. lib. 9. disput. 6. n. 9. Anton.
Mon. Bonon. decif. 34. numer. 2.
Thom. de Thomafet. regul. 37.
Mar. Anton. variar. lib. 2. reso-
lut. 30. num. 25. Menoch. conf.
373. num. 39. Viui. decif. 98. nu.
12. lib. 1. Mar. Giurb. decif. 24.
num. 29. Stephan. Gratian. dis-
cept. forens. tom. 5. cap. 246. nu.
20. Sed contra est † in l. Sed &
reprobari, D. de excus. tut. & l. Vt
gradatim, §. Reprobari, D. de mu-
ner. & honor. At hoc in Princ. pe-
illud in priuatis.

APPROBARE censetur rem, 193
vel personam, qui ca. ritur, l. Si quis
testibus, C. de testib. Craueta
conf. 73. num. 14. Menoch. conf.
23. num. 1. Surd. conf. 60. numer.
12. & 13. vbi de petente precium rei
vendita, qui venditionem videtur
approbare.

APPROBARE videtur senten- 194
tiam, qui patit dilationem, vel solu-
tionem offert, l. Ad solutionem, C.
de re iudic. Surd. eõs. 290. num.
57. vbi limitat † quando alia
sumo

195

A Axiomata, & loca

- sums potest coniectura. Et an approbare videatur receptionem testium,
- 295 qui eorum publicationem ꝑ petis: idem Surd. cons. 176. num. 12. Et an abolutionem ab excommunicatione petens, confiteatur se ꝑ excommunicatum: vide Farinac. quæst. 5. num. 26.
- 297 APPROBARE videtur, qui nõ contradicit. Pars enim sunt non contradicere & approbare. Bartol. in l. Ne in arbitris ad fin. vers. Venio ad vericulum finalem, C. de arbit. optime Mascar. de probation. concl. 21. à n. 10. cum tribus seq. speciatim, num. 13.
- 298 APPROBARI debet ab omnibus, quod omnes tangit, notatur infra verb. Quod omnes.
- 299 ARBITRIO iudicis relinquitur quod in iure definitum non est, l. 1. D. de iure de liber. l. In venditione, D. de bonis author. iud. possid. cap. De causis, §. 1. de offic. deleg. vbi DD. pluribus comprobant Corraf. lib. 4. miscel. cap. 12. num. 5. cum seqq. quos citat Ioann. Petr. Moneta tract. de distrib. quotid. par. 3. quæst. 10. Vbi num. 5. Et eod. Menoch. locum id habere non modo in iure scripto, sed & in nõ scripto, seu cõsuetudine dicit. Et quoad

A communia iuris 47

penam etiam numer. 7. ostendit.

Ab absurdo.

ARGVMENTVM valet ab 309 absurdo, l. Scire oportet, §. Aliud, D. de excusat. tur. l. Nam absurdum, D. de bon. libert. l. Siue hæreditaria in fin. D. de negot. gest. l. 1. §. Unde queritur, D. de public. l. Ita vulneratus, vers. Quod si quis absurde, D. ad l. Aquil. l. Diuortio, D. solut. matr. l. Aliud, §. fin. D. de regul. iur. cap. Venerabilem, circa med. c. In Genesi de elect. cap. Ex ore, de priuileg. cap. Solitæ, de maiorit. & obed. cap. Cum inter de except. capit. Quemadmodum de iure iur. c. Cum satis sit absurdum, de offic. Archid. Euerard. in topic. legal. loco, 8. Thom. de Thomasset. in floribus legum, regul. 42. Menoch. cons. 12. num. 3. cons. 37. n. 118. cons. 76. num. 12. cons. 84. num. 23. & cons. 95. nu. 76. Surd. cons. 116. num. 45. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 30. nu. 12. Flamin. de confident. quæst. 26. num. 20. Mar. Anton. variar. lib. 2. resol. 32. num. 12. & resol. 59. casu 19. Anton. Oliban. de iure fisc. cap. 13. num. 60. pag. 262. Rota Rom. apud Farinac. decif.

hac

Axiomata, & loca

256. uum. 4. nouis. *inuelis his, que
hac ead. lic. notauimus, num. 18. &
seqq. & verb. Intellectus,*

Ab equiparatis.

301 **ARGUMENTVM** *validum est
ab equiparatis, Menoch. conf. 32.
num. 17. stephan. Grarian. discep.
forens. cap. 298. num. 70.*

302 *Limita & intellige in casu tantum
equiparato, l. Stichus, D. de manu.
testam. Surd. de alim. tit. 9. tit. 1.
n. 2. & conf. 393. n. 36. Franc. Mo-
lin. de ript. nupt. li. 3. q. 46. n. 24.
Quando scilicet est similitudo in eo in
quo sit equiparato, Surd. decis. 119.
n. 16. & 21. Cardin. Seraph. Rot.
Rom. decis. 288. num. 5.*

303 *Limita etiam in correctoris, Ant.
Menoch. decis. Lucens. 49. n. 13.
Cald. Pereyr. de potest. elegend. c.*

304 *7. n. 5. & vbi diuersitatis † ratio mi-
lisat, Surd. conf. 50. num. 25.*

*Ab alienatione in testamento, ad
gestum in contractum.*

305 **ARGUMENTVM** *validum est
de alienatione facta in testamen-
to ad alienationem in contractu ge-
stam, Menoch. consil. 116. nu-
mer. 44.*

A communia iuris, 48

*De alimentis ad legitimam, &
è contra,*

ARGUMENTVM *valet de ali- 306
mentis ad legitimam, & è contra
Ceuall. commun. contra comm.
q. 780. n. 243. sed non esse hoc per-
petuo verum, aasserit Valasc. de part.
cap. 18. nu. 39. cum seq. Et constat
ex discrimine tradito à Nobis de pri-
uileg. pauper & miserab. person.
par. 1. q. 16. num. 7. & 8. Quare vbi
diuersitatis † assignari ratio poterit, 307
non procedet argumentum hoc.*

De alimenti. ad dotem.

ARGUMENTVM *validum est 308
de alimentis ad dotem. Euerard.
in topic. legal. loco 29. Cantuon.
in 19. specie loci à simili, Viui.
tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit.
7. nu. 120. Menoch. de præsump.
lib. 4. q. 189. num. 29. Tiraquel.
de iure primog. quest. 62. nu. 4. &
n. 11. cum seq. Lara in l. Si quis
à Liberis, §. Idem iudex, n. 24. cū
seqq. D. de libe. agnos. Sebast. Næ
ui ad l. Ob æs alienū 12. n. 2. C.
de prædiis minor. Cardin. Seraph.
Rot. Rom. deci. 447. n. 7. vbi intel-
ligit, si eadem sit ratio † Non enim 309
vbi*

A *Axiomata, & loca*

vbi diuersa adest, locū habet, Surd.
de alim. tit. 9. q. 1. n. 8. qui nu. 10.
310 *negatiue* † tantum sumi, nec affir-
matiuē procedere, resoluit. *Affirma-
tiue* tamen valere, tenet. Cardin.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12.
tit. 16. n. m. 17.

311 *E conuerso quoque de dote ad
alimenta procedit argumentum*, Me-
noch. dict. lib. 4. quaest. 191. nu. 2.
Molin. de primog. lib. 2. cap. 15.
num. 8. Franc. Molin. de ritu nu-
pt. lib. 3. quaest. 46. num. 10.

312 *Valet tamen affirmatiue, non ne-
gatiue*, ex Surd. de aliment. tit. 1.
quaest. 6. num. 16. Mantic. de titu.
16. nu. 16. *Dos enim, & alimenta*

313 † *aequiparantur*, glos. in dicta l.
Obas, D. de praecl. minor. Barto.
in l. vlt. num. 7. D. quibus vt in
dign. Xuar. in l. Quoniam limit.
2. C. de in offic. testam. Tiraq. de
iure primog. quaest. 67. ex num.
4. Molin. Cald. Lara. & Mantic.
dict. locis, Brunor a Sole in locis
communib. verb. Dos. r. 2. & Nos
de priuileg. pauper. & miserab.
person. par. 1. quaest. 15. num. 9.

314 *Cum dos alimentorum loco* † *suc-
cedat*, l. Filiae sor. 28. §. Titia. D.
de condit. & demonstr. Angel. de
Gambelionib. de testam. glos. 4.
num.

A *communis iuris* 49

num. 4. Marc. Anton. Marfil. in
tract. de redditib. Ecclesiast. cap.
32. nu. 4. Surd. tract. tit. 1. q. 10.
nu. 19. Nos de priuileg. pauper.
& miserab. person. par. quaest. 16.
num. 10. *De alimentis ad studia in-
fra*, num. 574.

De alimentis ad piam causam.

ARGUMENTVM *de alimen- 315*
tis, ad piam causam, valet, Can-
tione. in topic. legal. in 14. specie
loci à simili: *Nam causa alimentorū
pia dicitur*, Tiraq. de priuileg. piz
caus. in praefat. n. 23. Cardi. Man-
tic. de coniect. ultim. volunt. lib.
6. tit. 3. nu. 22. & de tacit. & am-
big. conuent. lib. 13. tit. 12. num.
1. Nos de priuileg. pauper. & mi-
serab. person. quaest. 52. num. 20.
Vbi, num. 17. *Tunc demum alimē-
torum causam piam esse, cum paupe-
ri* † *relinquuntur, aut debentur nō
aliās ex multorū sententia ostendi-
mus.*

Ab antecedenti.

ARGUMENTVM *ab antece- 317*
denti, validū est, Euerar. in to-
pic. legal. loco 94. & 96. Catiunc.
loco 16. *Validūq; est in omni mate-*
E *ria*

A *Axiomata, & loca*
in quantumvis stricta, & in sententijs.
Cardin. Seraphin. Rota Rom.
decif. 776. num. 1.

318

Ab autoritate Doctorum.

ARGUMENTVM *ab autoritate*
te Doctorum, validum est. l. An-
tiquis, D. si pars hæredit. pet. cap.
Cum haberet, de eo, qui duxit in
matrim. quam pol. per adult. cap.
Omnes Principes, de maiorit. &
obed. cap. Significasti, 2. de ho-
mic. Euer. in topic. legal. loco 48.
Petr. Andr. Gammar. in dialect.
legal. lib. 2. loco ab autoritate,
Menoch. conf. 2. num. 8. & conf.
18. num. 7. & 13. & conf. 33. nu-
27. Ia. ob. Valdes de dignit. Re-
gum, regnorumque Hispan. cap. 2.
num. 1.

319

*Valet etiam ab autoritate alte-
rius magni viri.* l. Si pater, D. de so-
lul. Septimo mēse, D. de statu ho-
min. Cardin. Tusch lit. A. conclu.
490. vbi num. 2. *Limitat, † quā-
do autoritas magnorum virorum,
pro vt Aristotelis, aut similiarum, est
contra legem, quia non attenditur.*

320

De bello ad pestem.

321

ARGUMENTVM *valet de bel-
lo ad pestem, ita Ripa de peste,
in princip. num. 11. Pestsis enim*

A *communis iuris,* 50
*dicitur bellum inter Deum, & homi-
nes, ex Bart. in l. Naturaliter, nu-
23. D. de vsucap. Rip. vbi proxime,
Iodoch. in enchirid. partium,
verbi Pestis.*

De beneficijs ad officia, & e contra.

ARGUMENTVM *de beneficijs,* 322
*ad officia, validum est, vt per Man-
dos. ad regul. Cest. regul. 2. q. 2. num. 2.
Cabel. decif. 91. num. 4. p. 2. Et e contra † de officio, ad* 323.
*beneficium, Cald. Percyr. in l. Si cu-
ratorum verb. Læsis, num. 39. C.
de in integ. restit. min. Anton. O-
lban. de iure fisic. cap. 13. num.
61.*

A causa.

ARGUMENTVM *à causa va-
let,* Claud. Cantuinc. in topic. le-
gal. loco 20. Ioan. Appellius de
rationi explicandi Dialecticam,
cap. 3. de causa, Petr. Andr. Gam-
mar. in dialect. legal. lib. 1. loco
11. quò loco 12. *à causa materiali,*
loco 13. *à causa formali,* loco 14.
à causa efficiēti, & loco 15. *à
causa finali, argumentum deducit.*

*A collatione ad imputationem,
& e contra.*

ARGUMENTVM *à collatione* 325
ad imputationem in legitimam,

E 2

op-

A Axiomata, & loca

optime procedit negative, secus affirmative, Cardin. Seraph. Rot. Ro. decis. 568. num. 7. Ioann. Anton. Mangil. de imputat. in prefat. n. 11. & quæst. 15. nu. 2. & quæst. 47. num. 1. & 8. Et è conuerso de imputatione in legitimam, ad collationem, ¶ valet etiam argumentum, l. Illud, §. 1. vbi Decl. & alij, C. de collat. Pic. in l. In quartam, num. 87. D. ad leg. Falc. Iacob. Richtus in tract. de vnione prol. capit. 5. num. 6. Antonin. Thesaur. decis. 46. num. 5.

Ab experientia.

327 ARGUMENTUM ab experientia, validum est, ex text. in capit. Dispendiosam in princip. de iudic. in cap. Quam sit in princip. de elect. in 6. in cap. Multis, 44. distin. & auth. de quæstore circa princip. coll. 16. Bartbolom. Cæpol. de simul. contract. num. 92. Surd. consil. 132. numero 23.

De Falcidia ad Trebellianicam.

328 ARGUMENTUM de Falcidia ad Trebellianicam, & è contra, in iure admittitur, l. Marcellus, versic. Quod autem, D. ad Trebell. l. Iubemus, C. cod. l. 3. D. delegat. 1. Euerard. in topic. legal. loco 16.

Can-

A communia iuris §1

Cantiunc. in 6. specie loci a simili, Ferr. in consil. Cathalon. gloss. 4. num. 31. Appellatione enim Falcidia, Trebellianica ¶ quoque continetur, ex text. in l. In quartam, & vbi DD. D. ad leg. Falcid.

De Falcidia etiam, & Trebellianica ad legitimam procedit argumentum, Peregrin. de fideicom. art. 36. num. 62. ad med. Menoch. cõs. 533. num. 13. Vincent. Fusar. de substit. q. 296. num. 67.

De legitimatione ad adoptionem.

ARGUMENTUM de legitimatione ad adoptionem, valet, not. in l. Adoptionem la. 1. C. de adopt. & in l. 1. D. ad municip. resoluunt Gomez. in l. 9. Taur. nu. 62. vers. Secundo, Surd. cons. 317. nu. 33. Barbof. in l. Quæ dotis, num. 164. D. solut. matr. Iacob. Pute. decis. 110. nu. 1. & 2. lib. 2.

De arrogatione ad legitimationem.

De arrogatione ad legitimationem valet argumentum, l. Iubemus, C. de natural. liber. glo. in id. l. 1. verb. Parécibus, D. ad municip. Bal. in l. 1. in fin. C. de iure aureor. annul. Iaf. in rubr. C. de liber. & posthum. numer. 7. Rojas in epit. success. cap. 23. num. 36. Roland.

E 3 à Valle

A Axiomata, & loca

à Valle conf. 88. num. 16. par. 7.
& confil. 96. numer. 29. part. 3.

*De emancipatione ad legitimam
tionem.*

- 333 *De emancipatione ad legitimam
tionem*, l. Iubemus, C. de natur.
liber. Paris. conf. 2. n. 24. lib. 2. Mé
cia. controuers. illustr. lib. 3. §.
10. n. 648. vers. Infero, Roland.
conf. 61. num. 5. par. 2. & conf.
12. num. 22. par. 4.

A superfluitate.

- 334 *ARGUMENTVM à superflui-
tate, cuiusda validissimū est in iure,*
vt per Steph. Gratia. discip. foren.
cap. 306. nu. 16. Menoch. conf.
197. num. 14. P. eregrin. conf. 143.
num. 8. in fin. *Lex enim superflua*
335 *remedia ¶ non inducit*, l. Hæc sti-
pulsatio, §. Diuus, D. de vt legat.
nom. caue. l. Qui bis idem, D.
de verb. oblig. *in uclis infra notatis*
verb. Superfluitas. *Valde tamen*
336 *tenuē ¶ argumentum hoc scripsere*
Alciat. in l. 3. num. 3. D. delegat.
1. Peregrin. conf. 57. in fin. lib. 5.
quos refert Vincent. Fusar. de sub-
stit. q. 286. num. 3.

Ab adulto ad pupillum.

- 337 *ARGUMENTVM ab adulto ad
pupillum nō uale*, Cardin. Tusch.
lit.

communis iuris. 52

llr. A. conclus. 510. numer. 12.

Ab alienatione ad locationem.

- Net ab alienatione ad locatiōnē,* 338
Anton. Monach. Bonon. decis. 16.
num. 9. *Secus si ad longum tempus
alsenatio prohibita sit, quia aliena-
tione prohibita, ¶ illa prohibetur* 339
Cald. Pereyr. de renouat. em-
phyt. quest. 16. num. 7. & de re-
solut. emphyt. cap. 5. num. 32.
*prope infritos retulimus Nos de
priuileg. pauper. & miser. perso.
p. 1. q. 22. num. 12. & 14. Alia ar-
gumenta, quæ non procedunt uidentur
à num. 593. infra.*

De anima ad corpus.

- ARGUMENTVM de anima ad* 340
*corpus validum non est, vt per Ste-
phan. Gratian. discip. forens. co.
200. num. 22. ubi è contra asserit
uolere, de corpore ¶ ad animam, quo* 341
*usus est, Ouidi. relatus à Nobis hac
ead. lit. num. 268.*
A casibus expressis ad non expressos.
ARGUMENTVM non uale à 342
casibus expressis ad non expressos.
*ubi totalis æquifparatio facta non est
maximè identitatis non concurrente
ratione, Cardin. Seraphin. Rot.
Rom. decis. 352. num. 3.*

A *Axiomata, & loca*

Accessante ratione.

- 343 ARGUMENTVM *accessante ratione, valet, l. Quod dictum.* D. de pact. Euerard. in topic. legal. loco 85. Menoch. conf. 90. n. 71. conf. 93. nu. 9. conf. 95. n. 84. conf. 96. num. 10. & conf. 124. n. 76. & de præsumpt. lib. 4. q. 190. num. 25. Surd. conf. 383. nu. 14. Ouid. de Amic. de iure emphyt. q. 1. num. 9. *Et est infallibile in iure,* Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 21. num. 2.

A charitativo subsidio ad decimam Papalem.

- 344 ARGUMENTVM *à charitativo subsidio ad decimam Papalem validum est,* Ioan. Petr. Monet. tract. de decim. cap. 9. q. 3. num. 125. & de distr. quot. par. 3. quæst. 9. nu. 23. *conducunt dicta à Nobis de priuileg. paup. & miser. personar. par. quæst. 37. num. 10. & q. 33. num. 33.*

A ciuilibus ad criminalia.

- 345 ARGUMENTVM *à ciuilibus ad criminalia, potentissimum est frequens, & utile,* Euerard. in topic. legal. loco 77. Cantuanc. in 36. spē. sic loci a simili, Mascard. de probat.

A *communia iuris.* 53

bar. conclu. 332. numer. 6. *An & quando valeat in materis confessionis,* vide Farinac. part. 3. prax. crimin. quæst. 81. numer. 64. & sequent.

A communiter accedentibus.

- ARGUMENTVM *à communiter accedentibus, validum est l. Certi conditio, §. Si innumeros, ibi: Cum quotidie, D. si cert. peral. Ideoque vbi gl. f. D. de legib. l. Quædam, §. Numularios, D. de edend. glof. fin. in l. Neque natales, C. de probat. cap. 1. de cleric. non resid. Euerard. in topic. legal. loco 56. Petr. Andre. Gammar. in dialect. legal. lib. 1. loco 20. Paris conf. 87. nu. 24. vol. 3. Mascard. de probat. concl. 144. num. 10. & concl. 445. nu. 6. Menoch. conf. 5. n. 2. & conf. 10. n. 7. & conf. 670. num. 7. & de præsumpt. lib. 6. q. 19. n. 5. Brun. à Sole in locis communib. verb. Argumentum 1. Sur. decis. 231. n. 18. & de alim. tit. 7. q. 9. n. 15. & conf. 132. n. 22. conf. 135. n. 30. conf. 452. n. 46. & conf. 540. n. 26. Aldouin. conf. 44. n. 5. Sess. decis. 112. r. n. 13. Cæsar Argel. de cōtradict. legit. q. 16. n. 36. Tufch. lit. A. concl. 493. *Et ad excludendū copulam carnalem, ad honestatisque pro-**

A *Axiomata, & loca*

probationem fortiter valet, Farinac. par. 5, q. 136. num. 192. Et in probanda meretricia turpitudine frequententer admittitur, Euerard. vbi supra Mascard. concl. 103. n. 20. Tusch. di. & concl. 493. nu. 6.

347 *A communiter namque accidentibus presumptio sequitur veritatis, d. l. Neque natales, C. de probat.*

348 *Es quod communiter fit, legitime fieri censetur, d. l. Certi conductio §. Si nummos, D. si cert. pet. Et ad communiter accidentia lex se facilius adaptat, l. Nam ad ea, D. de legibus cum alijs notatis, verb. Frequentiora.*

A connexis, & ab adiunctis.

350 *ARGUMENTVM à cõnexis valet* Cantuinc. in topic. legal. loco 15. Petr. An. Gammar. in dial. & legal. lib. 2. loco 2. innõtis infra notatis lit. C. verb. Connexorũ. Et ab adiunctis. ¶ colligit argumentum, idem Cantuinc. loco 14.

A coniunctione, &c.

352 *ARGUMENTVM à cõiunctio- ne plurium dispositionum, vel statuto- rii, validũ est, vt per Cardin. Tusch. lit. A. cõcl. 503. Et à cõiunctione, seu combinatione duarum legum, dedu- cis argumentũ, Euerard. loco 11.*

A consequenti.

A *communis iuris. 54*

ARGUMENTVM à cõsequenti 353
valet Euerard. in topic. legal. loc. 95. & 97. Cantuinc. loco 17. Petr. An. Gammar. in dial. legal. lib. 2. lo. 6. *A constitutione, &c.*

ARGUMENTVM à constitu- 354
tione municipali, & statuto ad res- cripta, validum est, quia pariter, reser- tantur, vt iuris communi redulantur conformia, Cardin. Tusch. lit. A. cõclu. 496. num. 1.

A consuetudine ad priuilegium.

ARGUMENTVM à consuetudi- 355
ne ad priuilegium valet, cap. Cum contingat de foro comper. Flami- de confident. q. 38. num. 17. Con- suetudine namque potest introduci, per priuilegium quidquid ¶ concedi, 356
Tusch. lit. G. cõclu. 808.

De consuetudine ad statutum, & contra.

ARGUMENTVM de consuetu- 357
dine ad statutum, vltimum est, Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 56 n. 27. & cõs. 1. n. 29. Mar. Ant. var. lib. 1. reso. 1. n. 7. Tusch. lit. A. cõcl. 507. n. 20. Et è contra ¶ de statu- 358
to ad consuetudinem, l. De quibus D. de legib. Remigi. de charit. subsid. quest. 6. in fin. num. 64. Sigism. Scaec. de appellat. quæst.

quar. 2. n. 29. vers. Tertia, *Qua*
enim consuetudine introducitur quærit;
359 neq. statuto t. valent, ex Cardin.
Tusch. it. C. concl. 8 10.

De contractibus ad iudicia, & contra.
360 ARGUMENTVM de contracti-
bus ad iudicia, & contra, valet, l. Si
quis seruum, & l. Si quis cum fi-
lio, D. de pecul. l. Omnem, D. de
iudic. glos. communiter recepta
in autho. Sacramenta puerum,
verb. Contractibus, C. si aduersus
vendit. Gutierrez, de iuram. confirm.
1. part. cap. 1. num. 35. Melch.
Phæb. decis. 62. num. 5. tom. 1.

De contractu ad quasi contractum.
361 ARGUMENTVM de contractu
ad quasi contractum, validum est, l.
si pupilli, l. Si quis ita D. de neg-
gest. l. Apud Iulianum, §. fin. cum
l. seq. D. ex quib. caus. in poss. ce-
tur, l. At prætor in princip. iun-
cto, §. Non solum, cum seq. D. de
minor. Euerard. in topi. legal.
loco 18. Cantiunc. in 8. specie lo-
ci à simili, Cæsar Argel. de con-
tradict. legit. quæst. 7. num. 30.

362 *Non tamen in præiudicium certij*
procedit, Ioseph. de sess. de inhibit.
cap. 9. §. 3. uum. 13.

De contractu à distractum.
ARGUMENTVM de contractu à 363
distractu recto procedit, l. Póponius
§ Præterea, D. de acqui. possi. l. Ité
veniuot, in princip. iuncto. §. 1. D.
de petit. hæred. cap. De illis, 1. in
princip. de despons. impuber. iun-
cto, c. vnic. §. Idé quoque eodem
tit. lib. 6. Euerard. in topic. legal.
loco 19. Cantiunc. in 9. specie lo-
ci à simili Barbof. in l. Hæres ab
sens. §. Proinde, n. 13. D. de iudic.
Sebast. Næni ad l. Nihil tam na-
turale. 36. nu. 3. eum seqq. & a l.
Ferè, 195. D. de regul. iur. *Contra*
elus enim & distractus, apari t. pro
cedunt, & sunt eiusdem nature, d. §.
Præterea, l. Ab emptione, 59. D.
de pact. l. De tutela, C. de in in-
teg. restit. minor. Surd. de alimét.
tit. 8. priuileg. 2. 2. nu. 6. Pichard.
in disput. de mora. n. 141. Cald.
Pereir. de potestate eligend. c. 7.
nu. 15. Gratian. discept. forens.
cap. 168. nu. 7. & 10. cum seq. Ce
null. commun. contra comm. q.
897. nu. 886. tom. 4. Mantie. de
tacit. & ambig. conuent lib. 1. tit.
2. à nu. 15. cum seq. Escobar de
racioncin. c. 14. n. 42. Barbof. vbi
proximè, unde quando co. tractus
par

A *Axiomata, & loca*

per scripturam celebratur, non nisi
365 per aliam ꝛ æquivalentem solutio,
vel distractio poterit probari, d. l. Ni
hil tam naturale, D. de reg. iur.
Alex. consil. 209. num. 23. hb. 2.
Azueed. in l. 1. num. 17. tit. 4. lib.
5. nouæ Regiæ collect.

*De contractibus ad vltimas volun-
tates, & contra.*

366 **ARGUMENTVM** de contra-
ctibus ad vltimas voluntates, vel è
contra, validum est, l. Pactum inter
hæredem, vbi notatur, D. de pact.
l. Quæ de legatis, l. seruum filij,
46. §. Eum qui chirographum,
D. de legat. 1. l. fin. C. de legat.
princip. inst. de lege Fuf. Canin.
toll. l. Eum qui ita in princ. D. de
verb. oblig. Euerard. in topic. le-
gat. loco, 17. Cantiunc. in 7. spe-
re loci à simili, Menoch. conf. 58.
num. 23. conf. 89. num. 36. conf.
97. num. 27. consil. 162. num. 8. &
conf. 374. nu. 7. & de præsumpt.
lib. 4. quæst. 127. nu. 9. Surd. de
alim. tit. 2. q. 10. nu. 7. & tit. 5. q.
1. num. 15. & tit. 9. q. 18. num. 8.
& 9. & consil. 235. numer. 2. &
consil. 470. nu. 14. Brunor à Sole
in locis commun. verb. Argumen-
tum, 2. Camil. Gablin. de verbor
signif.

A *communis iuris.* 56

signifi. hb. 5. cap. 16. num. 74. Pi-
chard. ad §. Ex conditionali, 6.
num. 2. inst. de verb. oblig. & in
disput. de mora. nu. 203. Thom.
de Thomaset. in florib. legu. reg-
ul. 41. Frac. Molin. de ritu nupte
lib. 3. quæst. 18. num. 14. Tusche-
liter. A. conclus. 495. vbi intelli-
git affirmatiue, ꝛ tanquam de mi-
nore ad maius, secus negatiue, &
conclus. 507 num. 22. Mantie. de
coniect. vltim. voluntatib. 3. titul.
18. per tot. & de tacit. & ambig.
conuent. tom. 1. lib. 2. tit. 15. nu-
mer. 10. vbi numer. 16. intelligit
subsistente eadem ꝛ ratione, &
num. 17. limitat, nisi ratio diversi-
tatis probetur, quod & aserit Ioan.
Petr. Monet. tract. de distribut.
quotid. p. 3. q. 4. n. 14. per tex. in
d. l. Quæ de legatis, D. de leg. 1.

*Leges tamen de solemnitate in
contractibus, vel quasi adhibenda lo-
quentes, ad vltimas voluntates non
extenduntur, nec è contra.* Peralta in
l. Cum pater, §. A filia, nu. 58. D.
de legat. 2. quem referi Armenda-
rem in præmio addit. ad recop.
legum Nauarræ, num. 175.

*Et aliquando in casibus è iu-
re expressis, favorabiliores vlti-
ma voluntates sunt contractibus,*
l. in-

A *Axiomata, & loca*

l. In testamentis, D. de regul. iur.
l. Si cui, §. Si vinum, D. de tritic.
vin. & oleo legat. Thom. de Tho-
maset. regul. 121.

*De contractibus ad legata, & fidei-
commissa.*

371 ARGUMENTVM de contra-
ctibus ad legata, validum est, Me-
noch. de præsumpt. lib. 4. q. 144.
num. 10. & q. 199. num. 5. Et de
372 contractibus ad fideicommissa, idem
Menoch, consil. 97. num. 71.

De contractibus ad delicta.

373 ARGUMENTVM de contra-
ctibus ad delicta, & è contra, valet,
l. Omnem, D. de iudic. iuncta
glos. in l. Heres absens, §. i. D.
cod. l. 1. §. fin. D. de custod. reor.
authen. Qua in prouintia, C. ubi
de crimin. agi oport. cap. fin. de
foro compet. Euerad. in topic.
legal. loco 20. Cantuane. in 10.
specie loci à simili, Cardin.
Tusch. lit. A. conclu. 495. num.
8. & conclu. 507. num. 26.

*A contractu mutui, ad contractum
census.*

374 ARGUMENTVM a contractu
mutui, ad contractum census, vali-
dum est, Menoch. consil. 49. n. 16.

A *Communia iuris.* 57

Communia A contrario sensu. de sol.
ARGUMENTVM a contra- 375
rio sensu, validum est, l. 1. §. Huius
rei, D. de offic. eius cui mand. est
iuris. l. Qui testaméto, §. Mulier;
vbi. glos. D. de testam. l. Si procu-
ratorém, §. Si ignorantes, D.
mandat. l. Si quis locuples, § 7.
D. de manum. testam. l. Conuen-
tricula, & ibi Cyn. à princip. C. de
Episcop. & Cler. l. Apud anti-
quos 21. C. de furt. capit. Nullis,
25. dist. cap. Cum Apostolica, de
his, quæ fiunt à prælat. Euerard.
in topic. legal. loco, 4. Petr. Andr.
Gammar. in dialect. legal. lib. 2.
loco à contrario sensu. Socin. re-
gul. 28. Thom. de Thomaset. re-
gul. 39. Pichard. in disput. de mo-
ra. num. 132. Mascard. de probat.
conclu. 1146. num. 3. & conclu-
1280. num. 65. Brunor à Sole in
locis commun. verb. Argumen-
tum, 3. Surd. de aliment. titul. 1.
quæst. 42. num. 40. & titul. 6. q.
11. num. 2. & 3. Cald. Percir. de
nomini. emphyt. q. 12. num. 26.
Cæsar Argel. de contradict. legit.
quæst. 7. num. 3. Cardin. Tusch.
lit. A. conclus. 498. Mar. Antoni.
lib. 1. resolut. 1. num. 4. Farinac.
part. 4. consil. 30. numer. 219.

A Axiomata, & loca

Ioseph. de Sess. decis. 10. numer. 15. Castillo controuers. lib. 5. 2. par. cap. 88. nu. 5. & plenissima per totum cap.

376 *Debet autem sumi a tota ratione cum suis qualitatibus, ex Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 1. numer. 10. Cardin. Mantic. detacit, & ambig. conuent. tom. 1. lib. 2. tit. 14. num. 2. Et etiam in dictis Do. Forum, vt per Ludouic. Rodolph. post tractatum de suprema seu absoluta Principis potestate concl. 5. num. 7.*

377 *Intellige argumentum hoc validum esse, quando contrarium in iure non est expressum, nec absurdum aliquod resularet, tex. est in l. 2. C. de condit. insert. & in capit. Cum virum extra de regular. cap. A nobis, 2. de sentent. excomm. DD. in dict. l. 1. D. de offic. eius cui mandat est iuris. & in dict. l. Conuenticula, C. de Episcop. & Cleric. Euerard. in dict. loco 4. Garc. Falcon regul. 45. Menoch. de præsumpt. lib. 3. quæst. 95. numer. 5. & lib. 4. quæst. 83. numer. 55. Fachin. in conuers. lib. 13. capit. 3. eum sequentibus, Valasc. consuli. 136. numer. 7. Gamm. decis.*

communis iuris. 58

167. numer. 8. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. libr. 3. titul. 15. numer. 13. & titul. 17. numer. 10. & 7. & dict. titul. 14. per tot. Brunor à Sole dict. verb. Argumentum, 3. Guttierr. practicar. libr. 3. quæstion. 44. numer. 4. Surd. decisio. 75. numer. 7. & consil. 25. numer. 37. Ioseph. Aldereté de Religio. disciplina tuenda, libr. 2. capit. 28. numer. 32. Morla in empor. iuris, part. 1. titul. 1. quæstion. 3. in fin. & titul. 5. quæst. 1. numer. 41. P. Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 21. num. 9. Seraphin. dict. priuileg. 1. numer. 6. Sess. decisio. 146. numer. 13. Ferrer in constitut. Catha. glos. 4. numer. 304. Anton. Monach. Bonoa. decis. 67. numer. 38. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 18. num. 18. Cardin. Tusch. dict. conclus. 498. à num. 84. Otero in interpret. cap. fin. de pact. numer. 62. Castillo dict. cap. 88. nu. 28. Nos de priuileg. paup. & miser. person. q. 50 nu. 11. & q. 52. nu. 25.

Etiaq; ad legem correctionem sumendum est, quoties lex, statutum, testatori sua dis-

Axiomata, & loca

dispositio in sensu directo nihil operari possunt, vt per text. in auth. Ex testamento iuncta, l. n. G. de collat. l. Dos à patre, C. solut. matr.

& plures quos citat, resoluit Pichard. dict. tract. de mora. num. 132. Castillo dict. cap. 88. num. 35. Sumique potest ad inducendam nouam contrariam dispositionem, late firmat Mantlc. de coniect. ult. volunt. lib. 3. tit. 15. à num. 7. cum sequent. quem sequitur Castillo dict. loco, num. 25. Et cum intellectus, & limitatione proxima Ferrer. in constit. Cathal. glos. 3. num. 44. vbi num. 45. à coniecturata & testatoris mente de sumi etiam tenet.

379
380
Iacet item argumentum hoc, quando verba legis sunt conditionalia, Surd. dict. quest. 11. num. 3. vel verba testatoris, Tusch. dict. conclu. 498. num. 72. 73. & 74. Castillo dict. cap. 88. num. 20.

381
Item in contractibus, maxime quando in casu contrario eadem est ratio, validum est, Anton. Monach. Lucens. decif. 55. num. 22. & 23. Tusch. vbi proxime à num. 11. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 5. num. 9. qui num. 10. tam in contractibus bone fidei, quam stricti iuris procedere resoluit, cui subscribit Euerard.

A communia iuris. 61

Euerard. dict. loco 4. Castillo d. cap. 88. num. 8. Etiamque in contractibus conditionalibus procedere dicit, n. 9. & in feudis, & mandatis, num. 12. & 13.

Item & in statutis procedit, Portol. de confort. & iudicommis. legal. cap. 36. numer. 7. Ceuall. comm. contra comm. quest. 336. à num. 2. Tusch. dict. conclu. 498. à num. 38. Castell. dict. loco, num. 14. Nisi ex vno statuto alterius resuleret correctio, Portol. dict. loco, num. 18. vel nisi statutum in casu à iure communi specialiter prouiso, disponas tunc enim ad ius commune corrigendum, regulariter argumentum hoc non procedit, vt uocat Euerard. dict. loco, 4. Fatinac. Rot. Rom. decif. 185. nu. 7. tom. 1. p. 1.

Generaliterque in omnibus humanis conuentionibus, & dispositionibus inq; materia omni procedere firmat, prosequiturque late Castillo repetito, cap. 88. à num. 16. cum seqq.

Non est tamen validum argumentum hoc, quando ex eo iurium sequitur correctio, glos. in cap. Significasti de foro compet. glos. in Clem. 1. verb. Obseruare de sent. excomm. Euerard. dict. loco, 4.

Otero in dict. cap. fin. de pactis, nu. 6. i.

382

383

384

A *Axiomata, & loca*

numer. 61. Farinac. decif. 491.
tom. 2. p. 1.

385 *Nec in dispositione negative con-*
cepta, Cacher. decif. Pedem. de-
cif. 69. nu. 28. Surd. d. tit. 6. q. 15.
au. 7. & decif. 185. n. 24. Franc.
Molin. d. q. nu. 5. & 16. *quampis*
contrarium dicas verius Euerard.
dict. loco, 4.

386 *Nec ex verbis narratiuis legis su-*
mitur, gl'of. in l. 1. C. quando non
per. part. Brunor à Sole, d. verb.
Argumentum, 3. Euerard. dict.
loco, 4.

387 *Nec ex dictis doctorum* Cardin:
Seraphin. Rot. Rom. decif. 822.
nu. 6. Castil. d. c. 88. nu. 12.

387 *Nec in decif. Nota*, Seraph. decif.
1342. num. 1.

388 *Nec in materia stricti iuris*, Sera-
phin. decif. 1466. num. 3.

389 *Nec in privilegijs per* gl'of. in cap.
Licet in princ. de priuileg. in 6.
Euerard. d. loco, 4. *licet contrariu*
teneat Castil. d. c. 88. num. 16.

390 *Nec in pactis valere resoluit* Frac.
Molin. d. q. 51. à nu. 2. *vbi pariter*,
num. 7. *quod nec sumitur vbi indu-*
cta ad vnum effectum, diuersum t

391 *producerent*, Castil. d. loco, nu. 31.

392 *Nec quando per illud* *Rebellian-*
te, vel Falcidia detractio *esset indu-*
cenda

A *communia iuris.* 60

cenda, Ferrer d. gl'of. 4. nu. 303.
Nec quando ex eo absensus resulta-
ret intellectus, Portol. d. tract. de
confort. & fideicom. legal. c. 1.
nu. 28. Sess. d. decif. 146. nu. 13.
Otero d. loco num. 60. *& notati*
remanet supra, num. 377.

394 *Nec item procedit, quando in casu*
contrario eadem, vel maior militat
ratio, Surd. decif. 18. num. 24. P.
Sanchez de matrim. lib. 9. dispu.
32. cu. 11. Molin. d. q. 51. num. 8.
Castil. dict. c. 88. nu. 31.

395 *Nec denique sumitur in materia*
irregularitatis, ex Sayr. d. tract. de
cenur. lib. 7. c. 5. nu. 6.

A contrarijs, *aut vbi*

396 **ARGUMENTVM** *a contrarijs*
validum est, Euerard. in toptic. le-
gal. loco 75. Cantuac. loco, 13.
Ioann. Apell. de ratione explic.
dialec. capit. Petr. Andr. Gam-
mar. in dialect. legal. lib. 2. loco
à contrarietat. Meuch. consil.
89. numer. 52. Thomas de Tho-
maset. in florib. legum, regula
47. *vbi procedere asserit, quo ad co-*
gnitionem, quia vno cognito con-
trarium, cognoscitur & alterum,
ut in §. 1. instit. de his qui sunt
sui

A *Axiomata, & loca*

suis, vel alienis. Et de argumentis
à repugnantibus vide Cantiunculo-
co, 18.

397

ARGUMENTVM à correlati-
uis, validum est, l. 1. C. Nelli-
ceat potentiorib. l. fin. C. de in-
dift. viduit. toll. Euerard. in topic.
legal. loco, 76. Cantiunc. loco,
19. Petr. Andr. Grammar. in dia-
lect. legal. lib. 2. loco à correlati-
uis, Menoch. consil. 32. num. 18.
etiam in pœnalibus, Surd. de ali-
ment. tit. 1. quæst. 19. num. 4.

398

**Intellige quando eadem in utroq;
correlatiuorum ratio militat** Far-
nac. part. 4. consil. 85. numer. 74.
si vero detur diuersa ratio non valet,
l. Curatorem, C. de interdift. ma-
trim. Euerard. dift. loco, 76. Surd.
dift. quæst. 19. num. 3. & num. 10
& quæst. 41. num. 4. & tit. 4. q. 44.
num. 28. & de cift. 47. num. 7. &
consil. 52. nu. 62. Menoch. consil.
2192. à num. 15. & 21. lib. 12. P.
Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 21.
num. 9. Gratian. difcept. fo-
renf. cap. 26. num. 15. Anton. Mo-
nach. Bonon. decif. 51. num. 14.
Cardin. Seraphin. Rot. Rom. de.
cift. 1442. nu. 12. in his traditis à
Nobis verb. Correlatiuorum.

AR-

A *communia iuris.* 61

A *lafa Maieftate humana ad
Diuinam.*

399

ARGUMENTVM de crimine
lafa Maieftatis humana, ad crimen
hæresis, tanquam de minori ad maius
procedit ex l. Manicheos, C. de hæ-
retic. cap. Vergentis in fin. extra
eod. Roland. à Valle conf. 73. nu.
16. & seq. p. 3. vbi ab omnibus rece-
ptum affirmat, eoque vtitur Sfort.
Odd. de fideicommiss. q. 40. n. 76.
Non verò, è contra idem Roland. d.
loco, contradicit tamè P. Thomas
Sanchez in præcept. Decalog.
lib. 2. cap. 28. num. 5.

A *definitione.*

ARGUMENTVM à definitio-
ne, validum est, l. 1. §. Dolum vbi
notat Bartol. D. de dol. l. fin. iun-
cta glos. D. de verb. signi. c. Du-
dum, 2. post princ. de elect. Eue-
rard. in topic. legal. loco, 44. Can-
tunc. loco, 2. Ioann. Appell. de
ratione explicand. dialect. cap. 1.
à definitione vocis, Petr. Andr.
Grammar. in dialect. legal. lib. 1.
loco, 1. Surd. consil. 304. numer.
5. Ioann. Petr. Minu. de distrib.
quotid. part. 1. quæst. 4. num. 4.
Tobias Noni. ad princip. instit.
de testam. num. 25.

400

F

Ab

Axiomata, & loca

Ab expressa a tacitam dispositionem.

401 ARGUMENTVM a dispositione tacita *ibi ad expressam valet, quando eadem est ratio*, l. Cum quid vbi omnes, D. si cert. pet. Menoch. de præsumpt. lib. 4. quæst. 189. num. 97. Nam taciti, & expressi idem est iudicium vt infra verb. Taciti notatur.

A dispositione legis ad dispositionem testatoris.

402 ARGUMENTVM a dispositione legis, ad dispositionem testatoris, *validum est*, l. Non impossibile, D. de pact. l. Seruus hac lege, D. de manum. l. Sita fuerit seruis duobus in fin. & ibi Baitol. not. D. de manum. testam. l. Cum quidam, vers. Quemadmodum enim, C. de verbor. signif. Euerard. in topic. legalib. loco, § 2. Cantianc. in 29. specie loci à simili Menoch. consil. 97. numer. 24. Surd. consil. 278. numer. 9. In testamentis namque testatoris voluntas pro lege \dagger observatur, l. 1. C. commun. de legat. l. 3. C. de l. ber. præter, l. Verbis legis, 120. D. de verb. signif. l. 1. D. ad leg. Falc. auth. de nupt. §. Disponat, col. 4. §. 1. instit. de leg. Falc.

403

Pi-

A communia iuris 62

Pichard. ad rubr. instit. eod. numer. 15. & in disput. de mora, num. 202.

Et è conuerso de testatore ad legem valet argumentum, dict. l. Si ita fuerit seruus duobus in fin. & dict. l. Seruus hac lege, Ioan. Anton. Mang. in tract. de impunitat q. 121. num. 3.

A dispositione statuti, ad testamenti dispositionem, & contra.

405 ARGUMENTVM a dispositione *statuti, ad dispositionem testamenti valet*, Tusch. lit. A. conclus. 496. num. 4. Menoch. consil. 50. num. 21. & consil. 95. num. 84. & consil. 150. num. 46. & de præsumpt. lib. 4. quæst. 84. num. 24. vbi num. 25. *secus asserit si eadem non est ratio. Quamuis de statuto ad testamentum non valere argumentum resoluat Cened. Canon. quæst. 35. num. 18. Et è conuerso \dagger va-*

let argumentum a dispositione testatoris, ad statuti dispositionem M. nochi dict. num. 21.

A dispositis in testamento, ad codicillorum declaratio-

nem.

407 ARGUMENTVM a dispositis *in testamento, ad codicillorum decla-*

ratio-

F 2

ratio-

A *Axiomata, & loca*

rationem, validum est, Menoch. consil. 333. numer. 3. & 22.

A diuisione.

408

ARGUMENTVM *a diuisione, validum est, Ioan. Appell. de ratione explicandi dialect. cap. 2. Petr. Andr. Gammar. in dialect. legal. lib. 2. loco, 8.*

De dote ad legitimam, & e contra.

409

ARGUMENTVM *de dote ad legitimam, validum est, Authen. Res quæ, C. commun. de legat. Bartol. in l. Titio centum, §. Titio genero in fin. D. de condit. & demonstr. Cald. Pereir. in l. Si curatorem, verb. Sine curatore, nu. 96. C. de in integ. restit. minor. Thom. de Thomalet. in florib. legum, regul. 45. vbi procedere asserit in casibus ex iure expressis, & vbi mittat eadem ratio.*

410

Et e converso de legitima ad dotem valet argumentum, vt per Cald. Pereir. vbi proxime. Dos enim loco legitima succedit, vtrumque firmat Menoch. de arbit. calu. 149. num. 9. & consil. 3. numer. 12. & consil. 8. numer. 8. Decian. consil. 54. numer. 11. lib. 1. Fufar. de substit. quæst. 296. num. 68.

De

A *Communia iuris. 63*

De dote, ad studium.

ARGUMENTVM *de dote, ad studium procedit, l. Absiduis. §. Si quis enim, C. qui potior. in pign. habe. tenentq; Salyc. in l. Filia eius, v. C. fam. l. ercisc. Alex. in l. Ita stipulatus, n. 28. D. de verb. oblig. & in addit. ad Bart. in l. Si cui annu de ann. leg. & in l. vnic. §. Habeat, C. de stud. libe. lib. 1. Rebus. de priuileg. Scholastic. priuileg. 1. Octavian. Simoncel. de decret. inspect. 15. num. 108. C. in cons. studij dotis & equipare. iur. cause, Alciat. ad l. 1. D. solut. matrim. numer. 42. & ibid. Petr. Barbof. part. 7. num. 20. 23. & 29. cum sequent. & num. 53. Horat. Luti. de priuileg. scholastic. priuileg. 16. vers. Primo moueor, Anton. Gomez in l. 29. Taur. numer. 16. versic. Secundo, Marti decif. 36. numer. 7. Morquech. de diuis. bonor. l. b. 4. cap. 13. nu. 51. & seqq. Nos de priuileg. pauper. & miserab. person. p. 1. q. 4. n. 62. & q. 28. nu. 36. & 37.*

Licet argumentum hoc non concludere deat, Mantie. de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 14. num. 5. & de alimentis ad studia infra num. 574.

F 3

Ab

Axiomata, & loca

Ab effectu ad causam.

414

ARGUMENTVM ab effectu ad causam, validum est, l. Non codicillum, C. de testam. cap. Ac si clerici in princ. extra de iudic. c. Cum cessante de appellat. Eue. rard. in topic. legal. loco, 77. Cuiuslibet loco, 21. Ioan. Appell. de ratione explicandi dialect. c. 4. de effectu, siue officio.

De emphyteusi, ad locationem.

415

ARGUMENTVM de emphyteusi, ad locationem longi temporis, data ratione paritatis, procedit Benedic. Aegid. in repetit. l. Ex hoc iure, D. de iustit. & iure, part. 1. c. 9. n. 8. Locationem, namque longi temporis emphyteusi, comparari, tradunt Pinel. in l. 1. p. 3. num. 84. Cl.

416

178 **DOLO** *facere presumitur*, quo fecit, quod *facere non debuit*, l. Tutor qui repertorium, D. de admin. tutor. l. Dolo, D. ad leg. Falci. l. Si procuratorem, §. Dolo, D. manda. Menoch. consil. 93. nu. 30. Frarinac. in praxi crimin. p. 3. quaest. 89. num. 52. & part. 4. consil. 60. num. 18. vbi Addit. lit. I. *Et qui rem a lege prohibitam facit*, ex cap. Qui contra iura de regul. iur. lib. 6. l. 1. C. de sicar. Paris. consil. 52. num. 33. & consil. 78. num. 16. & sequent. volum. 40.

late

D communia iuris 178

late Mascard. de probat. conclus. 495. num. 4. & conclus. 531. num. 50. & 102. Farin. de delict. q. 18. num. 7. 1. & q. 89. nu. 77. & seqq. Mar. Antoni. Macerat. variar. lib. 1. resolut. 73. nu. 8. & 9. *Dolusque est non facere id ad quod quis est obligatus, facereque tenetur*, l. Dolus, & d. l. Si procuratorem, §. Dolo, D. mandat. Sur. consil. 2. n. 69. & seqq.

DOLO *facit qui petit, quod restitueri tenetur*, cap. Dolo facit, 59. de regul. iur. lib. 6. Cardos. in praxi iudic. & advocator. verb. Dolus, nu. 8. Duen. regul. 290. Menoch. de presump. lib. 5. q. 3. nu. 88. Mascard. de probat. conclus. 531. n. 81. Cels. Bargal. de dolo, lib. 6. regul. 16. per tot. vbi plene.

Limita, & intellige, quando ipsimet debitoris conuenio restituito facienda esset, secus alteri, gloss. in l. Si focer. 4. §. 5. Lutins Titius, verb. Sed alij, & ibi Bald. notab. 7. Alberic. n. 2. Cuman. n. 3. Castrens. n. 6. D. solut. matrim. Steph. Gratian. discip. forens. to. 4. discip. 627. n. 3. & seqq. *Qui etiam limitat* ¶ *ibi*, n. 10. *axioma hoc quando ex intervallo esset restituito facienda.*

DOLVS *casu non purgatur*, l. Stichus, 16. D. de noxal. action.

DO-

D Axiomata, & loca

- 183 DOLO facit, qui petit, quod aliqua exceptione ellidit potest, l. 2. §. Item quaeritur, verfic. Et generaliter, & §. Circa, D. de except. doli, l. Qui requiratur, D. eod. tit. l. Si quis cum aliter, D. de verb. oblig. late Cels. Bargal. de dolo, lib. 6. regul. 25. per tot. *vbi* num. 6 Limitat, † quando petens esset in iusta ignorantia, ex dict. §. Item quaeritur, verfic. Nam si inter initia.
- 184
- 185 *Limita etiam, quando reuerentia persona exceptionem doli excluderet, ex l. Apud Celsum, §. Aduersus parentes, D. de except. doli, vt aduertit idem Bargal. dict. loco, numer. 7.*
- 186 DOLO non videtur fecisse, qui fraudem alterius excludit, l. Cum pater, 79. §. Titio, in fin. D. de legat. 2. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. num. 24.
- 187 DOLVS grauiorem exigit poenam, quam culpa, l. Iulianus, in princip. iuncta l. Si sterilis, §. Cu per veaditorem, D. de action. empt.
- 188 DOLVS praesumitur in eo, qui facit, quod tenetur non facere, l. Si procuratorem, §. Dolo, D. manda. Menochi. de presump. lib. 3. q.

D. communia iuris. 179

§. num. 10. Et sic in delictis praesumitur dolo, l. Si non conuicti, C. de iniur. Cels. Bargal. de dolo, lib. 3. capit. 11. num. 12. fol. mihi 400. Inde elegantissime Seneca de morib. Nil interest (ait) quo animo facis, quod fecisse vitiosum est, quia facta cernuntur; animus vero non videtur.

DOLVS nemini debet patrocinari, l. Nec ex dolo, D. de dolo, l. 3. D. de transact. l. Si qui dolo, D. de rei vendic. cap. Audiuimus, de collus. derog. l. pen. in fin. D. de iure dot. l. Si ex dolo, D. de re iudic. l. Etiam, §. 1. D. solut. matrim. Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos. 9. num. 62. Surd. consil. 15. numer. 13. Farinac. in praxi crimin. part. 1. quaest. 31. num. 155. Ioan. Mar. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de clerico debitore, §. 2. numer. 5. pag. 420. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 849. nu. 11. & c. 906. nu. 12.

DOLVS vbi non adest, ibi non est delictum poena dignum, Menochi. consil. 28. num. 13. & notandum lutiis hac eadem lit. num. 63.

DOLVS non committitur, nec dicitur, sine voluntate, Cels. Bargal. de dolo, lib. 2. c. 3. de dolo praesumpto,

189

190

D Axiomata, & loca

sumpto, num. 8. fol. 102. *in celsis traditis supra hac ead. lit. nu. 66.*

191 **DOLVS** *præponderat culpa, l. Itē si obstitrix, §. fin. D. ad l. Aquil. Cardin. Tusch. practico. conclus. lit. D. conclus. 579. Ioan. Baptist. Cost. de ratione ratæ, quæst. 104. nu. 6. pag. mihi 128.*

193 **Limita, & intellige, in civilibus, secus in criminalibus, quia dolus vnus, non tollit dolum, vel culpam alterius ita limitat** Cardin. Tusch. relato loco, nu. 2. *qui num. 3. restringit, † vt dolus, & culpa vnus, circa vnum factum, numquam præponderes, vel tollat factum alterius, circa diuersum factū, allegat Alexo. consil. 77. num. 13. verū. Secundo respondeo, lib. 3.*

194 **DOLVS** *dicitur anima pœna, princip. instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nasc. l. sancimus, C. de pœn. Ioan. Baptist. Cost. de ratione rat. quæstion. 138. numer. 10.*

195 **DOLVS** *vnus, alteri nocere nõ debet, l. Elegãter, in princip. D. de dolo, l. Electio, in fin. D. de noxal. l. 2. & l. Si procurator, 9. D. de doli except. Cardin. Tusch. liter. D. conclus. 582. Limitans † nu. 2. in dolo administratoris, vel tutoris,*

197 **DOLVS** *vnus, alteri nocere nõ debet, l. Elegãter, in princip. D. de dolo, l. Electio, in fin. D. de noxal. l. 2. & l. Si procurator, 9. D. de doli except. Cardin. Tusch. liter. D. conclus. 582. Limitans † nu. 2. in dolo administratoris, vel tutoris,*

D communia iuris. 180

quis nocet domino, & pupillo, quando ex tali dolo commodum sentiuus, allegat Castrenf. conf. 412 incip. Vltio factio, numer. 3. verfic. Et si dicatur, lib. 1.

Sicut autem vnus dolus alteri nocere non debet; ita pariter nec prodeffe, l. Alterius circumuentio, 49. D. de reg. iur.

DOLVS *non fit scienti, & consentienti, c. Scienti, 17. de reg. iur. lib. 6. l. Nemo, D. eod. tit. l. Cum donationis, C. de transact. Cardin. Tusch. lit. D. conclus. 589. Thom. de Thomaet, in florib. leg. regul. 192. vbi intelligit procedere, quando sciens, & consentiens libere, † & sponte consentit, secus quando necessitate impulsus, id quod non tantū de cõpulsione, vel cõactione realis intelligendū est sed etiam † verbal. persuasione nempe. Ita Cels. Bargal. de dolo, lib. 6. regul. 34. n. 17.*

Limita etiam, vt non ob id vnus sciet tollatur, licet parti scienti, & consentienti pereat, Menoch. de arbitrar. cent. 4. casu 398. num. 25. quem limitantem regulam hanc vide á num. 18. cum seq. & plenissimè Cels. Bargal. de dolo, dict. regul. 34. per tot. à quo ampliatio nes, & limitationes pete.

D. Axiomata, & loca

20) **DOLVS** cum dolo compensatur, l. Vir, §. 40. D. solut. matrim. l. 81 ambo, D. de compensat. l. 81 duo, §. 6. D. de dolo. l. Quid in Titio, D. si quis omitti causi testam. l. Filtum, C. de liber. causi. l. Quoniam, C. de hæretic. cap. vltim de adulter. Cardos. in praxi iudic. & aduocator. verb. Delictum, nu. 37. *Vbi intelligit, † quando ciuiler, non quando criminaliter agitur, copiosissimè Cels. Bargal. de dolo, lib. 6. regul. 15. per tot. vbi axiomatis huius materiam, per 64. numeros examinat, plurimas ampliationes, & limitationes (quas longum esset recensere) assignans de hacque proxime assignata limitatione (quam regulariter improbatam dicit) agit à numer. 25. cum seq. ad saturitatem etiam Farin. fragment. criminat. p. lit. D. num. 110. & seq.*

204 **DOLVS** semper, & in qualibet dispositione censetur exceptus, l. Titius creditor, D. mandat. l. si pater, D. que in fraud. credit. l. Actione, C. de transact. l. Aurelio, §. Caius, D. de liber. legal. l. Tres fratres, D. de pact. l. 1. C. si maior factus, Cels. Bargal. de dolo, lib. 2. cap. 2. De dolo futuro, post

D. communia iuris. 181
post num. 23. limit. 8. & 9. & lib. 6. regul. 2. per tot. Cephal. conf. 34. num. 23. conf. 62. nu. 17. & conf. 142. nu. 28. lib. 1. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 178. & de arbitrar. lib. 1. q. 13. numer. 8. & sequent. Farinac. fragment. crimin. 1. part. liter. D. numer. 185. & sequent. vbi plenissime.

DOLVS nemini nocens, non punitur Cels. Bargal. de dolo lib. 2. cap. 1. numer. 9. fol. mihi 399. ad falsitatem nemini nocua inde inferens, & diximus infra liter. F. num. 97.

DOMINI duo eiusdem rei in solidum esse non possunt, notamus infra hæc eadem litera numero 240.

DOMINIA rerum in incertis, & pendentibus esse non debent, l. vltim. in fin. D. commun. Prædiorum l. Si ex duobus, §. Sedet Marcellus, D. de in diem adiect. gloss. & Doctores, in l. Si ego, D. de solut. Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæst. 17. num. 6. Vincent. Fusar. de substit. q. 18. nu. 66.

Limita interueniente causa, Surd. decis. 230. nu. 5. Francisc. Molin. vbi proxime.

finium est refugium, l. Plerique, D. de in ius voc. l. 1. C. de prætorib. & honore prætur, lib. 12. *latissimè* Farinac. fragment. crimin. part. 1. lit. D. à numer. 230. cum seq.

D *ONARE* est perdere, l. Fi. 114
lius familias, D. de donat. l. Cum de indebito, versicul. *Qui non soluit*, D. de probat. surd. de aliment. titul. 6. quæstion. 1. numer. 14. cum sequentib. & quæstion. 5. numer. 7. cum sequentib. & consil. 5. numer. 72. Nos, de priuileg. pauper. & miserab. person. part. 1. quæstion. 2. numer. 2. *Cum scilicet donatur indignis*. Inde Valer. Marti. Epigram. lib. epigr.

Dimidium donare Lino quam credere totum.

Qui manuit, manuit perdere dimidium.

Dignis enim, beneque merentibus datum, lucro tutissimo cedit, eodem testante Martial lib. 5. epigra. 43. in hac, ut verissima, patrice elegantissima carmina.

Callidus effracta nûmos sur auferet Arca;

Prosternet patrios impia flama lares;

DOMINIA rerum traditionibus transferuntur, l. Traditionibus, C. de pact. §. Per traditionem, instit. de rer. diuis. Vincent. Carot. in singul. suis, singul. 485. plenissimè Tusch. lit. D. conclus. 602. *vbi multipliciter ampliat, & limitat, & præter ibi adductas limitationes, singulariter etiam limitat*

Carot. dist. loco, in donatione rei facta alicui, ut & eo mortuo sibi alterius, vel facta duobus, vs vno mortuo remaneat alteri, quia sine traditione, aut cessione quæritur alicui, que vendicatio datur, ex Declo in dist. l. Traditionibus, num. 14. per text. in l. Quotiens, C. de donat. quæ sub modo, Speculatore, & Bald. ibi relatis.

Limitas etiam in casu legis vel inutilium, §. 9. D. de vsu fructu. & quemad. quis vtatur, fruatur. Cuius casum, admirabilè dicentè refert Alberic. in l. si ager, D. de re vendi.

DOMINVS corporis sui, vel membrorum suorum nemo est, l. Liber homo, D. ad leg. Aquil. capr. Contigit, §. 6. de sentent. excommun. Franc. Mollo. de ritu nupt. lib. 2. diff. r. 15. numero 1. & sequentib. vbi fuisse.

DOMVS sua cuique suis finibus

D Axiomata, & loca

Debitor vsuram pariter sortemque
negabit;

Non reddet sterilis semina iacta
seges;

Dispensatorem fallax spoliabit
amica;

Mercibus extructas obruet vna
rates;

Extra fortunam est quidquid do-
natur amicis,

Quas dederis, solas semper habi-
bis opes.

DONARE suum, nemo prasu-

75 *mitur, l. Cum de indebito, 25. §.*

Si vero, D. de probat. l. fin. C. de

nouat. l. Campanus, D. de oper.

libert. Mascard. de probat. concl.

555. numer. 1. Surd. de aliment.

titul. 6. quæst. 5. num. 7. Flamin.

de resign. lib. 8. quæst. 1. num. 5.

Flores Diaz variat. quæstio. 23.

numer. 90. Farinac. in praxi crimi-

min. part. 4. decis. 136. in addit.

lit. C. vbi plures refert. Brunor.

Sole in locis commun. verb. Do-

natio, numer. 15. Ioseph. de Sess.

decis. 182. numer. 6. Pichard. ad

princip. instit. quib. non est per-

miss. facer. testā. n. 66. vbi adducit

Tiraq. in l. Si vnquam, verb. Do-

natione largitus, num. 206. C. de

206. donat. Menoch. lib. 2. de

arbitr.

D communia iuris. 183

arbitr. cent. 1. casu 88. per tot.

Mari. Anton. variat. li. 2. resol. 23.

nu. 110. & 120. Ioan. Mar. Bellet.

disquis. cleric. p. 1. tit. De bonis

cleric. §. 9. n. 7. pag. 519. Steph.

Gratian. discep. for. to. §. c. 824.

n. 17. Nos de priuileg. pauper. &

miserab. person. p. 1. q. 21. num. 2.

& sequent.

Et potius presumitur error quam

donatio, Menoch. consil. 1. num.

215. Mascard. de probat. conclu.

554. numer. 5. & conclu. 639.

numer. 20. & conclu. 1173. num.

4. Flamin. de resign. lib. 9. quæst.

19. num. 5. Ioseph. de Sess. dist.

decis. 182. numer. 5. Benedict.

AÆgid. in repet. l. Ex hoc iure, D.

de iust. & iure, part. 1. cap. 11.

num. 25. Nos dist. loco.

Etiam in facto proprio Mascard.

dist. conclu. 555. num. 6. & con-

clus. 1263. nu. 6. & 7.

Potius causam presumitur quam

delictum, Menoch. de presump.

lib. 5. quæst. 2. num. 23. Farinac.

dist. 4. part. consil. 60. vbi Addit.

lit. G.

DOS loco legitima cedit, & de

vno ad aliud valet argumentum, no-

tauimus supra lit. A. numer. 409.

& sequent.

Q3

DO.

D *Axiomata, & loca*

220 **DOTIS**, & *study causa a pa-
procedunt, notanimus supra liter A.
num. 411. & 412.*

221 **DVBIA** *in meliorem partem
sunt interpretanda*, l. Cum credi-
tor, D. de furt. l. Proximè, D. de
his, quæ in testam. delent. capit.
Stote, de regul. iur. Alderet. de
Religif. disciplin. tuend. lib. 2.
cap. 4. num. 23. Franc. Molin. de
itu nupt. lib. 1. comparat. 16.
num. 2. Farin. de falsit. q. 187.
num. 11. versic. Quæro, 30. vbi et
elusionem hanc etiam in hæresis cri-
mine procedere firmat, Ioan. Mar.
Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst.
143. numer. 21. *Et in benigniorem
partem sumenda*, l. Semper, D. de
reg. iur. c. vlt. de transact. Thom.
de Thomaset. in florib. legum,
regul. 145.

222 *Limita axioma multipliciter cum
Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 85.
nu. 27. cum seq. & d. q. 187. nu.
12. & 13.*

223 *In dubijs tutior pars est eligenda*,
l. Si fuerit, §. vult. D. de reb. dub.
cap. Iuuenis, extra de sponsal. c.
Ad audientiam, de homicid. Co-
uar. in c. Alma mater, de sentent.
excomm. p. 1. §. 2. n. 5. casu 1. & de
sponsal. p. 1. c. 4. §. 1. nu. 9. Fr. Em-

man^o

D *communi iuris. 184*

mar. Rodri. in sum. to. 2. c. 5. n. 6.
conclu. 4. §. 1. q. 1. 2. q. 19. art. 6.
disp. 65. c. 3. & disput. 66. c. 1. P.
Sanchez de matrim. lib. 2. disp.
4. 1. 1. 2. Flores Diaz variar. lib. 1.
q. 9. numer. 18. Sayr. de censur.
lib. 1. cap. 16. nu. 30. casu 1. & lib.
6. c. 2. num. 16. Ioan. Maria No-
mar. quæst. forens. lib. 1. q. 143.
num. 2. 1. *Præcipue vbi de salute ani-
ma agitur*, Nauar. in manual. cap.
37. num. 193.

In dubijs media via est eligenda 224
notauimus infra lit. M. num. 48.

DVBII *conventionibus contra* 225
dantem vel promittentem fit inter.
pretatio, l. Veteribus, 40. vbi Bar.
D. de pact. l. Stipulatio ista, §. Al-
teri, vers. In stipulationibus, D.
de verb. oblig. l. Labeo scribit, D.
de contrah. empr. l. Quidquid
astringendæ, D. de verb. oblig. l. 2.
titul. 33. part. 7. Sard. de alimen.
titul. 6. quæst. num. 26. & decif.
322. numer. 63. Petr. Barbof. in
l. Si quis intentione ambigua, 66.
num. 28. D. de iudic. qui numer.
sequent. *Limitat † & declarat as.* 226
tionem hanc procedere in conuen-
tionibus, aut verbis in contractibus
prolati secus in iudicijs. Sed in vtroq;
de vno ad aliud compensatione facta

Q 4

secm.

D *Axiomata, & loca,*

secundum promissorem, & contra stipulatorem interpretationem faciendam; asseruitq; (per eadem proxime relata iura) Menoch. conf. 110. nu. 36. & consil. 179. num. 19.

a 17 *DVBIVS ab ignorante non dicitur, l. Manifestissimi, 22. §. Sin autem nescius, C. de furt. Tiraq. in tract. part. 1. §. 36. gloss. 2. nu. 31. Anton. Gam. decif. 91. nu. 1. in princip. Franc. Beccl. conf. 111. num. 11. Surd. conf. 379. num. 18. & consil. 528. nu. 43. Crauet. cōf. 412. nu. 7. Decian. consil. 39. nu. 21. vol. 2. Sfort. Odd. de restit. p. 1. q. 8. art. 9. n. 47. Farinac. fragm. crimin. 2. p. lit. I. num. 96.*

a 28 *Limita in eo, qui debuit diligentiam adhibere, ut sciret, qui pro sciente reputatur, Surd. decif. 265. nu. 47. & 48. Steph. Gratian. discept. forens. to. 4. cap. 636. nu. 5.*

p 29 *Vel nisi dubitatio sit circa factum ad se spectans, quodque facile scire potuit; in his enim pro sciente dubitans habetur. Pariaque sunt dubitare, & scire ea, quae facile sciri possunt. Ita Ioan. Bapt. Cost. de facti scientia, & ignor. inspect. 82. num. 1. & sequentib. ubi exemplificat, &*

D *Communio iuris. 185*

intra notata infra liter. R. nu. 70. Aut in his, quae à natura, ratione, vel lege constituta sunt, facere in nemur, Costa ubi proxime, nu. 2. & sequentib. in his enim dubitare, scelus videtur, ex sententia Claud. in Claud. stilic. panegy. 2.

Pars sceleris dubitare fuit. Inde dubius in fide pertinaciter, & cum perseverantia infidelis est, cap. 1. de haeretic. ita ab omnibus communiter intellectus, teste Rojas, singul. § 6. numer. 6. quem sequitur Costa dist. loco, num. 9. quae de re plenissime Farinac. de haeretic. q. 178. num. 90. & sequent. & Anton. Ricciul. de iure person. extra Eccles. grem. exist. lib. 5. cap. 4. num. 7. & cap. 5.

Limita pariter in dubitante de bona fide; dubitatione vehementis in praescriptionis initio, ex Menoch. de arbitr. casu 225. num. 17. cum adductis per Mascard. de probat. volum. 2. conclu. 1004. num. 48. cum seq. prout eos cum alijs (haec cōprobant limitatione) refert Costa d. inspect. 82. n. 13. & seq. apud quem alios intellectus, & limitationes axiomati huic vide, per totam enim de eo agit. Limitamus etiam Nos aliter infra dist. lit. R. num. 71.

D *Axiomata, & loca*

233 DV *Q* *specialia non possunt concurrere circa idem*, l. Cum post, §. Gener, iuncta glos. D. de iure dot. l. 1. C. de dot. promiss. capit. Singul. 89. dicit. Pichard ad §. 1. instit. de testam. numer. 8. & 11. Surd. decis. 56. num. 5. & consil. 34. num. 4. Menoch. consil. 336. numer. 3. lib. 4. Stephan. Gratian. forens. tom. 1. capit. 910. numer. 25. & cap. 947. numer. 10. Thomas de Thomalet. regul. 102.

234 *ubi fallere ꝑ dicit quando vnum venit in consequentiam alterius, & in casibus à iure expressis, & privilegatis, ex text. in l. Sub conditione, D. de solut. l. Qui in utero, D. de statu homin. §. Si ab hostibus instit. quib. mod. ius patr. potest solui. Quis ad hoc allegari solent, plura nempe specialia simul concurrere ꝑ posse, non quidem principaliter, sed in consequentiam, quod & asserit Thobi. Noni. ad rubric. instit. de testament. numero 20.*

236 DV *AE* *lucratina causa circa eandem rem, & personam admitti non debent, §. Si res aliena, instit. delegat. & nosanmus de privileg. pauper. & miserab.*

D *communis iuris* 136
serab. person. part. 2. quest. 56. nam. 18.

DV *O* *eiusdem rei in solidum domini existere non possunt*, l. Si vt certo, §. Si duobus vehiculum, D. commod. l. Hereditate, 13. §. Pater, D. de pecul. castren. Surd. consil. 79. num. 27. consil. 517. num. 80. & consil. 548. numer. 77. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 900. num. 18.

DV *P* *LEX funiculus, seu duplex vinculum magis ligat, & difficilius rumpitur*, l. Si non lex, D. de hæredi. instit. l. Discretum, C. qui testam. facer. poss. l. penult. §. Si vero, C. de adopt. authentic. Itaque, C. commun. de success. §. Sed hodie, versicul. Si vero pater, in fin. instit. de action. §. Affinitatis, instit. de nupti. capit. 1. de treug. & pac. Surd. de aliment. titul. 6. question. 13. numero 2. & decisio. 154. numero 9. & consil. 61. numero 6. & consil. 173. numero 18. consil. 175. numer. 39. & consil. 329. numer. 18. Cald. Pereir. de resolut. emphy. capit. 9. numer. 24. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. glos. 13. à numer. 90. Car-

D Axiomata, & loca

Cardin. Tusch lit. D. concl. 810.
cum tribus seq. Scacc. de iudic.
lib. 2. cap. 9. num. 1673. & 1710.
alios refert Mar. Anton. variar. lib.
1. resolut. 81. num. 3.

239 *Limita quando alterum est imper-*
tinens, Surd. consil. 31. num. 34.
versic. Secundo respondeo, & nu-
mer seqq.

240 *Limita praterea, quando unum-*
quodque per se non astringit, l. Pa-
tre furioso, vbi Ias. num. 44. D. de
his qui sunt sui, vel alieni iuro.
Surd. consil. 173. num. 113.

E

1 **ECCLESIA** non indicat de
occulis capit. Erubescat, 32.
distin. cap. Christiana, 22. quæst.
5. cap. sicut de simoni. Concil.
Trident. sess. 24. de reform. cap.
1. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent.
4. quæst. 160. numer. 5. Anton.
Ricciul. de iure person. extra Ec-
cles. grem. exist. lib. 2. cap. 2. nu-
mero 15.

2 **ECCLESIA** pupillo æqui-
paratur, & fungitur vice minoris, no-
saviimus supra lit. A. nu. 510. cum
duobus seqq.

E communia iuris. 187

ECCLESIA semper est eadē 3
& nunquam moritur, cap. Liberti,
12. quæst. 2. Et semper possidet, Pa-
rif. cons. 24. num. 8. lib. 1. Surd.
cons. 183. num. 376 & 38.

EFFECTVS cognosci so- 4
lent per suas causas, l. Verum, la 2.
D. de furt.

Aliquando tamen est dignior sua 5
causa, l. Quod ex liberta, D. de o-
per. libert. §. 1. instit. de ingen. &
manumif.

EFFECTVS à causa regu- 6
latur, & causam demonstrat. l. Rem
non nouam circa fin. C. de iudic.
Cardin. Tusch. lit. E. concl. 49.
Rot. Roman. Diuersi. 1. par. decis.
701. num. 1. Gonçal. ad regul. 8.
Cancel. glos. §. 5. num. 16. Vbi &
quod ex efficacia effectus † cognosci 7
tur cause potentia, l. Generali, C.
de Episcop. & cleric. vbi plura cir-
ca hæc ex num. 11. cum seqq. cu-
mulat.

EFFECTVS durat, durā- 8
te causa, l. Semper, §. Negotiato-
res, D. de iure immunit. Tiraq.
in tract. cessante causa, part. 1. nu.
17. Surd. cons. 18. num. 4. consil.
298. num. 48. & consil. 302. nu.
5. Et cessat † cessante causa, diximus 9
lit. C. num. 40.

E Axiomata, & lora

10 **EFFECTVS** diuersi ex vna, eademque re, & causa oriri non debet, l. Meminerint, C. vnde vi, l. Quod Labeo, vbi Bart. not. D. de compéfat. l. Qui hominem. §. fin. D. de solut. Cardin. Tusch. lit. E. cōcl. 55. iunctis infra proximè adductis num. 19 hac lit.

11 **Diuersis** tamen res pectibus, & vna, & eadem causa diuersos, vel etiam contrarios operatur effectus, l. Si finita, §. Iulianus, D. de damno infecto.

12 **EFFECTVS** in omnibus consideratur, l. 2. C. de aliment. pupill. præstat. Gonçal. ad regul. 8. Cancell. glos. 45. §. 3. num. 5. & glos. 55. num. 1. cum seqq. Surd. cōf. 380. numer. 34. Ioann. Mar. Notuar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 9. num. 14. effectus principalis agentium attenditur, Cardin. Tusch. lit. E. concl. 48. Et effectus contingens præter intentionem & agentis, non consideratur. l. Qui foucas, & l. Si putator, D. ad leg. Aquil. l. 2. in fin. D. de condit. & demonst. Hinc.

Quidquid agunt homines, intentio iudicat omnes

l. 1. vbi glos. & DD. C. ad leg. Cornel. de sicar.

14 **EFFECTVS** attenditur potius quam

E communia iuris 188

quam verba, cap. In tantum de simon. Socin. Sen. cōf. 34. n. 6. volum. 1. Surd. cōf. 3. n. 26. cū seq. & cōf. 196. n. 19. quos citat Mar. Antonin. variar. resol. lib. 1. resolut. 1. n. 7. Cardin. Tusch. lit. E. cōclu. 50. Aym. Crauet. cōf. 59. n. 1. vers. Nec attenditur, & cōf. 244. num. 2. Gonçal. ad regul. 8. Cancell. gl. 55. n. 12. vers. Et ideo

Et magis quam natura rei. Cardin. Tusch. dist. lit. E. concl. 36. 15

EFFECTVS attenditur, non modus. Cardin. Tusch. d. lit. concl. 51. Surd. cōf. 381. num. 16. 16

EFFECTVS facilius impeditur, quam tollitur, l. Patre furioso, D. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. cap. 19. num. 27. 19

EFFECTVS tribuitur causa proxima, non alia, etiam originali, cap. Continebatur, & cap. Lator, de homicid. leg. Quæcumque gerimus, D. de actionib. & obligat. Anton. Ricciol. de iure person. extr. Eccl. grem. existent. lib. 4. cap. 42. num. 10. 18

EFFECTVM contrarium operari non debent ad vnu finē, vel effectum induta, l. Legata inutiliter, D. deleg. 1. l. Legata inutiliter D. 19

E Axiomata, & loca

de adimend. legat. Vincent. Far. de substit. quæst. 245. numero 93.

120 EFFECTVVM *diversitas, diversitatem substantia non inducit, notavimus supra lit. D. n. 171.*

121 EGRESVS *non dicitur, qui non fuit ingresus, l. Manumissiones, D. de iustit. & iure. l. Decem, D. de verb. oblig.*

122 ELARGIRI *de alieno non licet, l. Filius, 7. D. de donat. cap. Non est putanda, 27. in ord. 1. q. 1. & 14. quæst. 5. per tot. vnde Cicer. 4. Act. in Verr. Non est permissum (ast) vt impune nobis licet, quod alicui eripuerimus, id alteri tradere, & notatur infra lit. F. num. 184.*

123 ELECTA *via via, alteri videtur renunciatum, l. Post diem, 7. D. de lege commiss. Stephan. Gratian. dilcept. forens. tom. 1. cap. 152. 1. nm. 12. plenissime Anton. Gabr. com. concl. lib. 2. cõcl. 2. per tot. tit. de actionib. in. Elis. traditis lit. V. num. 117. & seq. Inius neque que electio est alteri in reprobatio, l. Cum ita legatum, §. 1. D. de cõdit. & demonstr. l. Tribunus, D. de testam. milit. Surd. cons. 428. num. 8. cons. 476. num. 5. consil.*

E communia iuris. 189

323. num. 12. & cons. 176. num. 29. Ioann. Mar. Nouar. q. forens. lib. 1. q. 44. num. 5.

ELECTIO *semel facta retractari nequit, cap. Quod semel, de reg. iur. in 6. l. Quod in heredem, §. Eligere, D. de tribut. act. plene, de re Mari Giurb. in consuetud. Senat. Messan. cap. 10. glos. 6. part. 1. à numer. 22. cum seqq. pul. bre Senec. declamati. li. 7. declam. 8.*

Limita in eo cui eligendi ius ex cõ. tractu competat, l. Eum qui certatum, §. fin. & l. Qui pluribus, 106. D. de verb. oblig. Tiraq. in l. Bonnes, §. Hoc sermone, limit. 15. num. 26. Surd. cons. 413. num. 18. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. c. 4. num. 34. Aluar. Valasc. 1. parte consulte. fin. num. 23. Secus si ex testamento, l. Servi electione, l. Apud Aufidiam, D. de optione legat. intellige tamen vt in primo casu, non amplius quam semel et varia vt liceat, Tiraquel. dict. loco num. 23. Valasc. vbi proxime, Molin. dict. cap. 4. num. 36.

ELECTIO *non datur, vbi datur restrictio, l. Eum, qui certatum §. 1. D. de verb. oblig. Bald. in l. 1. in fin. C. de furt. Ioan. Mar. Nouar.*

D *Maximata, & loca*

uar. in praxi elect. & variat. for.
q. 45. nu. 8. sect. 2. pag. mihi 168.
& in decis. in fin. dist. praxis adle
ctis, decis. 30. nu. 5. & 6. *Solū enim
datur, cum plura conceduntur reme-
dia*, Rimin. coal. 67. nu. 5. Strd.
coal. 458. n. 34. & col. 529. n. 37.

30 **ELEEMOSINA** *de alieno
facienda non est, notatur supra hac
ead. lit. num. 22.*

31 **ELIGERE** *se ipsum nemo po-
test, capit. Cum niure peritus, &
ibi glos. de elect. cap. Cum ana vbi
glos. verb. Ad maiorem, cod. tit.
c. Per nostras, 26. de iure patrona-
tus, c. fin. de institut. Mari. Anton.
vartar. lib. 1. resolut. 51. n. 1. Put-
decif. 253. n. 2. par. 3. Lambert. de
iure patr. lib. 2. p. 1. q. 5. princip.
art. 5. n. 2. Ioan. Mar. Bellet. dif-
quisit. cleric. par. 1. tit. de bonis
clericor. §. 11. n. 13. pag. 527. Aze-
ued. ad curi. Pisan. lib. 2. cap. 11.
nu. 7. Caran. Tusch. lit. E. conclu.
73. Cened. ad Decretal. collect.
99. numero 3. *capitose* Nos de
privileg. pauper. & miserat. per-
son. par. 2. in quest. utrum execu-
tor testamenti nominatus ad di-
stribuendum inter pauperes. pos-
sit testatoris consanguineos, si plus
vè meo, vel alios, aut se ipsum si
pau*

E communia iuris. 190
pauperes si intelligere, à num. 3.
cum sequet. Late etiam Polydor.
Ripa singul. obseruat. 73. per
tot.

Empidū in presentatione, ex text. 32
in dist. cap. Per nostras, & capit.
consoluit, 15. dist. tit. de iure pa-
tron. Lambert. eod. tract. 2. part.
lib. 2. quest. 2. princip. articul.
1. num. 6. & sequet. art. 2. num. 10.
& seq. Flamin. Paris. de resign.
benef. lib. 9. quest. 17. num. 112.
Cardin. Tusch. lit. P. conclus. 138.
numer. 1. & seq. vbi numer. 2.
*quod neque per se, neque per proce-
ratorum t ab ipso constitutus po-
test se quisquam eligere, aut presen-
tare, asseruereque idem Flamin. d.
loco numer. 113. Paul. Aemil.
Verall. decis. 397. per tot. libr.
2. Camill. Borrel. in summ. decis.
tit. 32. de iure patron. num. 215.
& numer. 308. p. 1. quos cum aliis
rectulimus* Nos dist. quest. num. 7.
& 8. vbi limitamus, numero
9. *quando ab ipso solo t patrono sit* 34
mandatam, non si à pluribus, ex
Tusch. dist. concl. 138. num. 2. &
Borrel. dist. num. 215. & *eligere se-
quem posse, quando electio fit à plu-
ribus, ex text. in dist. cap. Cum in
iure, & aliis ab eo citatis, notat*
Mari

E Axiomata, & loca,

Marl Anton. dist. lib. 1. resolut.
51. num. 5.

35 *Limita praetera in eligente se tā-
quam alium, nō tanquam se, vt in
executore, vel mandatario eligente se
non tanquam mandatarium, aut exe-
cutorem, sed vt alium, ex prope infini-
tis tradidimus* Nos dist. quæst. nu.
26. num. 18. num. 20. & 23. vers.
Tertio, & num. seqq. quibus, textui
nempe in l. Si mandauero, 22. §. Si
tibi centum, D. mandat. & dist. c.
Consuluit, 15. & cap. Per nostras,
26. de iure patro. & dist. cap. fin.
de instit. satis facimus, lateque res-
pondemus.

36 **ELIGERE** *viam perquam
iudicium suum subuertatur, nemo
videtur, l. 3. vers. Nec credendus,
D. de milit. testam. l. Quoties, 13.
D. de reb. dub. l. Quoties, D. de
verb. oblig. textus optimus, in cap.
Abbate, iuncta glos. verb. Potius,
extra. de verb. signif. Cum aliis, de
quibus Menoch. de præsumpt. lib.
5. quæst. 4. à Princip. Cardin. Mā-
tic. de coniectur. vltim. volunt. li.
2. tit. 1. Camill. Gallin. de verbor.
signif. lib. 5. capit. 19. num. 160.*

37 **EMERE** *nemo cogitur rem a-
lienam, dicemus verb. Vendere rem
suam.*

EMER-

E communia iuris. 191

EMERGVNT, *que de no 38
no indigent auxilio, & in rebus no-
uis nouum est remedium, & consiliū
suggerendum, l. 1. in princip. D. de
ventr. inspic. l. De etate. §. Ex cau-
sa, D. de interrogat. action. l. Si iu-
re, D. de rei vendic. l. Iure dece-
dens, D. de inoffi. testam. l. Ora-
tione, D. de feri. cap. fin. extr. de
in integ. restit. minor. surd. cons.
418. num. 9. Gonçal. ad regul. 8.
Cancel. glos. 4. num. 97. Anton.
Monach. Lucens. decis. 21. numer.
32. Cardin. Tusch. lit. E. conclus.
45. Nonis que morbis noua conuenit
antidota preparari, cap. Cæterum,
de iuram. calum. Thesaur. Pedam-
ont. decis. 239. à num. 11.*

*Intellige quando accidentaliter, & 39
inopinate aliquid nouum emergit,
Ita Thom. de Thomaset. in flo-
rib legum regul. 240.*

EMVNGENS *nimis, san- 40
guinem ellicit, Prouerbior. cap. 30.
cap. Denique, 6. dist. 4. Sigifm.
Scacc. de commerc. §. 1. quæst. 1.
num. 18.*

ENTIS *non existentis, nulla 41
sunt qualitates, notamus lit. N. nu.
52. Et ens, ex non ente non fit, infra
dist. lit. N. num. 43.*

ÆQUALITAS *in omni 42
vna,*

E *Axiomata, & 102.*

bus, in iudiciis maxime seruanda est,
 l. fin. C. de procurat. l. Non debet
 actori, D. de regul. iur. l. Si id
 quod in fin. D. de rescind. vend. l.
 Non tantum 20. D. de re iudic.
cum multis citatis à Nobis, de priuil.
pauper. & mis. person. par. 1. q. 5. 5.
 num. 4. Thom. de Thomaset. in
 florib. legum regul. 1 5 5. Cardin.
 Tusch. practic. concl. lit. E. concl.
 306. per tot. Marc. Ant. de Amat.
 decif Ferr. 11. n. 12. *Amplia & in*
tellige, vt per Nos d. q. 5 5. n. 6. &
seqq.

43 **ÆQVI PARATORVM** *id est*
iudicium, diximus sup. lit. A. n. 180.

44 **ÆQVITAS** *praefertur rigori, n*
tauimus sup. lit. A. n. 182. & seqq.

45 **ÆQVITAS** *in paribus*
causis paria iura desiderat, vide lit. A
num. 186.

46 **ERRANS** *non amittit rem suam*
 l. si procurator, 35. D. de acquir.
 rer. domi. Tiraq. de retract. lig.
 nag. 5. 1. glos. 1. nu. 20. Menochi.
 conf. 162. à n. 28. cum seqq.

47 **ERRANTIBVS**, *non de-*
spicientibus iura subueniunt, l. si
is qui, C. si minor se maior. dixer.
sanctis supra adductis lit. D. nu-
mero 30.

48 **ERROR** *occludit consensum,*
 l. 81

E *communi iuris. 192*

l. si per error, D. de iurisd. omni
 iudic. Cardin. Seraphin. Rotz Ro
 man. decif. 11901. num. 2. Anton.
 Monach. Lucens. decif. 59. nu. 10.
 Bertazol. tract. clausul. instrum.
 clausul. 1 1. glos. 3. nu. 2. Thom.
 de Thomaset. regul. 198. Surd.
 conf. 28. nu. 1 2. & conf. 202. nu.
 10. Paris. conf. 150. n. 22. vol. 4.
 Mari. Ant. var. lib. 1. resol. 2. nu. 6.
 Menoch. de presump. lib. 2. pre-
 sumpt. 19. Bargal. de dolo libr. 2.
 cap. de dolo vero, & dolo presum
 pro, diuis. 1. nu. 47. fol. 74. Scacc.
 de comerc. 5. 1. q. 7. part. 2. am-
 pliat. 19. n. 77. Molin. de ritu nu-
 pt. lib. 2. diff. 4. n. 1. Anton. Ric-
 ciul. de iure person. extra Eccles.
 grem. exilt. lib. 5. cap. 7. num. 12.
 Stephan. Gratian. discip. forens.
 tom. 5. cap. 988. num. 6. Carol. de
 Graf. de excep. ad statut. exclud.
 omnes except. except. 8. num. 2.

Et per consequens delictum ex. 49
cludit, ex notatis à Nobis supra lit.
D. num. 63. & 66. ceterisque Ouid.
Metamo. f. lib. 3..

Quod enim scelus error habebat?
Limita, & intrilige axioma hoc, 50
error sit in substantialibus, seu s
si in accidentalibus, ex traditis ple-
ne per Frauch. Molin. de
 ritu

E Axiomata, & loca

ritu nupt. dict. lib. 2. differ. 4. nu.
3. q. 10. & seqq.

§ 1 ERROR *in facto proprio alle
gari nec potest, nec releuat*, Cardin.
Tusch. pract. concl. lit. E. conclu.
3 10. Cardos. In praxi iudic. & ad-
uocator. verb. Error, num. 2. Bru-
nor à Sole in locis communib.
eod. verb. num. 5. *Nec presumitur*,
§ 2 † *nisi probetur*, l. Si Hæres, §. fin.
D. ad S. C. Trebel.

§ 3 *Limita si agatur de damno vita-*
do, Mari. Anton. cum ab eo citatis va-
riar. lib. 3. resolut. 2 1. numer. 4.
Surd. consil. 102. numer. 1 2. seqq.
Stephan. Gratian. discept. forens.
tom. 5. cap. 9 5 7. numer. 49. *Lim-*

§ 4 *ta etiam quando error in latam †
culpam non cadit, quia tunc etiam
in facto proprio excusatur*, Bartol. in
l. Non fatetur, 3. num. 7. D. de cõ-
fess. Stephan. Gratian. discept. fo-
rensis. tom. 5. cap. 946. num. 37. *Et
sive tractetur † de damno vitando,
sive de lucro captando errorem in fa-
cto proprio excusare scripsit* Iosepho
de Sess. Aragon. decis. 1 38. num.
16. *cui subscribit* Brunor a Sole,
dict. verb. Error, num 1.

§ 6 ERROR *iuris non nocet, ubi
agitur de damno*, l. Iuris, la 2. D. de
iuris, & fact. ignor. *Et regulariter,*
error

E communia iuris. 193

*error, vel ignorantia facti, non iuris
excusatur, notamus verb. Ignorantia
facti.*

ERROR *nominis nõ vitiat dispo-
sitione si de intentione constat*, l. Si quis
infundi vocabulo, D. delegat. i. l. si
me in vacuã, 34. in princ. D. de acq-
poss. & ibi DD. Duen. regul. 2 56.
Azeued. in l. 13 à n. 10. tit. 2 5. lib.
4. noua Reg. collect. Cardos. in
praxi iudic. & aduocator. verb.
Error, n. 4. Cardin. Tusch. h. lit. E.
concl. 3 24. Rot. Rom. apud Far-
rinac. decis. 5 6. à num. 3. in no-
uiss. & decis. 687. num. 5. tom. 2.
par. 1. *Limita † in errore nominis ap-
pellatiui*, glos. in dict. l. si quis in-
fundi vocabulo, ver. Vocabula,
glos. in l. Cum proponebatur, D.
delegat. 2. Surd. consil. 3 56. nu. 1 5.
ubi exemplificat.

ERROR *communis facit ius*, l. 5 2.
Barbatius Philippus, D. de officia
Præt. Antonii Gabri. (*plures conge-
rent*) commun. opin. tit. de probat.
concl. 8. per tot. Flamin. Paris. de
resign. lib. 7. q. 24. num. 33. vsque
ad 50. Pate. decis. 36. lib. 1. Mohe-
da. decis. 5. ante fin. de appellat.
Gonçal. (*hos referens*) ad regul. 8.
Cancel. glos. 1 5. §. 1. n. 53. *plenis-
sime* P. Sanchez de matrim.

E *Axiomata, & loca*

lib. 3. disput. 22. à n. 1. cum seqq.
à quo ampliaciones, & limitationes
licet deducere. Conesnit, quòd protulit
Senec. epistol. 124. lib. 22. Recte
apud nos locum tenet error, vbi
publicus factus est, ait.

60 **ERVBE&CIMVS** cum
sine lege loquimur, l. Illam, C. de
collat. auth. detrent. & semiff.
5. Consideremus coll. 3. extra-
uag. Execrabilis Ioann. 22. de
præbend. cum similibus de quibus
per Euerard. in topic. legal. loco
64. Surd. consil. 158. numer. 13.
consil. 308. numer. 3. consil. 374.
num. 12. & consil. 386. numer.
10. Monet. in tract. de optone.
cap. 3. num. 2. P. Sanchez de ma-
trim. lib. 2. disput. 39. numer. 6.
Francisc. Molin. de ritu nupt. lib.
3. quæst. 39. num. 2. Cardin. Tuf.
ch. lit. E. conclus. 331. vbi num. 2.

61 intelligit, † cum loquimur sine lege
communi, vel municipal. & numer.
3. cum loquimur sine lege. sine sta-
tuto, & sine consuetudine.

62 Et legem non allegans, audiendus
non est, Mar. Anton. Macerat. va-
riar. resolut. lib. 2. resolut. 17. nu-
mero 10.

63 *Limita si ratio naturalis alle-
getur Thom. de Thomasett.*
in

E *communi iuris.* 194

in florib. legum regula 109.
ESSE, Vel de proximo 64
speclari, paria sunt. l. pen. D. de mi-
lit. restam. iunctis traditis supra
lit. A. num. 57.

ESSE, Vel esse debere paria 65
sunt, l. Qui cum alto, vbi Decl in
fin. D. de reguli. iur.

ESSENTIA rei debet dari, vt 66
qualitatis sit locus, Cardin. Tufch.
Practic. concl. lit. E. concl. 334.

ESSENTIA rei nomine proba- 67
tur, Aym. Crauet. conf. 400. n. 33.
lib. 3. Surd. conf. 311. num. 28.

AESTIMATIO in dubio facit 68
emprionem, l. Plerumq; no. alias 11.
D. de iure dot. l. Quoties, C. eod.

l. Ex conuentione, C. de pact. l.
18. titul. 1. r. part. 4. glos in l. St
inter viru, C. de iure dot. Tiraq.

lib. 1. de retract. 5. 1. glos. 14. nu.
20. Couar. practi. tom. 2. c. 23.
n. 1. & per tot. vbi copiosissima de

materia, Menoch. de Præsump. lib.
3. præsump. 83. n. 2. plenissime Mas-
card. de probato. 1. concl. 664.

per tot. Francisc. Molin. de ritu nu-
pt. lib. 3. q. 157. per tot. Petr. Ioann.
Anchar. lib. 2. q. 36. per tot. Ma-
ri. Giurba in finis referens in con-
suetud. Senat. Mellan. capit. 15.

glos. 1. num. 6. vbi de materia hæc
R 2 tota

E Axiomata; & loca

totae ea glos. Cardi. Tusch. lit. D.
concl. 7. 26. num. 2. & 4. Fonta-
nel. de pact. nupt. lib. 2. claus. 5.
glos. 3. par. 13. numer. 25. & per
tot. ubi ad saturata em. vsque; a qui-
bus ampliationes, & limitationes mu-
tua, longum enim esset eas recensere,
aliquas tamen videntes, & frequen-
tiores in legentium gratiam, laborisq;
eas levandi causa a signare cogor.

69 *Amplia, ex veriori, quam iudico*
sententiis in rebus aestimatis in do-
tem datis etiam, inopi marito, in qua
fuerunt, Couat. dict. cap. 28. num. 8.
Menoch. de praesumpt. libr. 3.
praesum. 74. nu. 22. Pet. Barbof. in
l. Aestimatis, nu. 26. D. solut. ma-
trim. Ioseph. Ludovic. decif. Pe-
rus, 89. per tot. Castil. de usufructu
lib. 1. cap. 4. num. 8. quibus adhae-
ret Fontanel. dict. claus. 5. glos. 8.
par. 13. num. 77. Francisc. Molin.
de ritu nupt. dict. lib. 3. quaest. 57.
nu. 36. ubi etiam quid si tempore esti-
mationis facta vir inops non erat,
effectus tamen post modum est;
& n. 34. & 35. Contrarium licet te-
neant multi, quos referunt pro nostra
sententia curati, & Anchar. dict. q.
36. n. 4. Mascard. dict. concl. 662.
nu. 16. & post eos, alios adducens,
Giurb. d. cap. 15. glos. 1. num. 22.
par. 1.

10;

E communiaturis. 195

Intellige tamen ut aestimatio haec
mulieri vendita, rationem rerum sic
aestimationem mariti inopia perman-
ente, in eaque decedente, non col-
lat, a quo cumque enim eas poteris
vendere, ex l. in rebus; 30. & ibi
glos. verb. Aestimata; in fin. D. de
iure dot. Couarr. dict. cap. 28.
numer. 8. verb. Etenim Bald. Petr.
Barbof. in dict. l. Aestimatis, num.
26. D. solut. matrim. Ioann. Bapt.
Cost. de remed. sublid. remed. 63.
numer. 1. Anton. Fauc. in suo
codic. lib. 5. titul. 7. de iure dot.
definit. 43. multos referens Fonta-
nel. rep. tit. clausul. 5. glos. 8. p.
13. numer. 78. & suo more Giurb.
dict. cap. 15. glos. 1. numer. 1.
Molin. dict. quaest. 57. numer.
34. cum seqq. vsque ad nume-
rũ 38.

Amplia deinde, etiam si res aestima-
ta praesentes non sint, ut probat Co-
uar. dict. cap. 28. numer. 10. ver-
sific. Duodecimo, quod num. 1. verb.
Primum etenim, ampliat, etiam si
ab initio nominata, & specifica
aestimatio facta non sit, pãcio tamen
apposito ut aestimatio per arbitros
ut in electos, facienda, & etiam si
no arbitris aestimatio facta non sit,
quia à lege facta intelligitur, qua-

R 3

tenus

E Axiomata, & loca

tenus res ipsa traditionis tempore
valebant vide ibi per eum, & num.
7. & Giurb. dict. cap. 1 §. glos. i. n.
8. & seq.

73. *Limita primo, & intellige in esti-
matione falsa statim traditoris tem-
pore, dotis vè constituta, vel paulo
post, multo enim post, aestimatio em-
ptionem non faciet, vt resissent
(post antiquiores, quos adducunt)*
Covar. d. cap. 28. n. 10. vers. Vn-
decimo, Mascard. d. concl. 664. n.
14. Anchar. dict. q. 36. num. 1. lib.
2. Fontanel. dict. lib. 2. clausul. 5.
glos. 8. p. 15. n. 36. cum duobus
seqq. Molin. dict. q. 57. n. 33. lib.
3. Giurb. dict. cap. 1 §. glos. 1. nu-
mero 10.

74. *Limita 2. Si ad sciendum res va-
lorem aestimata res sit, non vt em-
tionem faciat, idque expresso, vel
tacito contrahentium pacto deduci
possit,* Covar. dict. loco numero
3. Mascard. dict. concl. 664. num.
13. Afflit. decis. 270. Roland.
consil. 92. num. 6. lib. 2. Ioseph.
Ludouic. commun. opin. tit. de iu-
re dot. conclus. i. limit. 10. & de-
cis. Perus. 89. num. 4. 5. & 6. Taf.
ch. lit. D. conclus. 671. numero
22. 24. 34 & 47. infinitas uocas
Giurb. dict. glos. 1. numer. 19.

E communia iuris 196

ex quibus concludit ex coniecturis ad
deduci, qua si persuadeant non ad
emtionem inducendam, sed ad rei
valorem demonstrandum, vel e con-
tra, ad emtionem inducendam fa-
ctam aestimationem fuisse, ex eis vel
reputabitur, vel non reputabitur
empro. Quando enim tacite vel ex-
presso de contraria partium volun-
tate constat, aestimatio non facit em-
ptionem, vt prater iam relatos, no-
minatim aduertunt Petr. Anchar.
dict. lib. 2. quaest. 36. numero 5.
Mascard. dict. loco, numer. 12.
Molin. dict. lib. 3. quaest. 57. nume-
ro 26.

*Limita 3. quando res minoris
etiam in dotem est mata marito au-
thoritate quoque tutoris dantur. si
modo eius sunt qualitatis, qua sine
iudicis etiam autoritate alienari
nequeant, ea enim non interueniente
aestimatio emtionem non facit, ex
sententia eruditissimi Covar. repe-
rito, cap. 28. nu. 10. Cardin. Man-
ti. de tacit & ambig. lib. 12. tit.
28. n. 2 §. Giurb. d. glos. i. n. 24.
Franc. Molin. d. q. 57. n. 39. Secus si
res mobiles sint, cum sine iudicis de-
creto alienari possint, ex Simoncel.
de decret. lib. 3. tit. 8. inspect.
33. numero 87. 88. & 89. &*

E Axiomata, & loca

Menoch de arbitra casu 171. num.
4. 3. tradit Giurb. dict. loco, & ante
eum Couarr. vbi proxime, qui tunc
dotis causam iustam esse, vt ad huius-
modi alienationem decretum, & au-
thoritatem suam iudex interponat,
asserat

- 76 *Limita. 4. vtiliter, estimationem
emptionem non efficere, que in isto pre-
tio facta non sit. & quando res non
tantis aestimatur, quanti valet, Socin,
Iun. conf. 141. num. 2. l. libr. 1.
Petr. Anchar. dict. lib. 2. q. 36. nu.
6. Mascard. dict. concl. 664. nu. 11.
Ioseph. dict. decis. 89. num. 7. Ro-
land. conf. 92. nu. 4. lib. 2. Natra
conf. 658. n. 8. lib. 2. Couar. d. ca.
28. num. 2. Molin. d. quest. 57. n.
27. Alexan. Trentac. vari. resol.
lib. 3. tit. de iure dot. resolut. 1. n.
55. Petr. Barbo. in dist. l. Aesti-
matis. n. 20. versic. His tia. expli-
tatis. cum seq. D. de iura dot. F6.
tancel. dict. claus. 5. glos. 2. p. 13.
nu. 45. cum duobus seqq. per quos
4. nu. 48. cum tribus seqq. an de-
beat esse excessus ultra dimidiam &
77 *vt aestimatio emptionem non faciat
vel sufficiat si iusto rei valore aesti-
matio non conueniat? qua etiam
de re, Anton. Fauet, de errorib.
pragmatic. decad. 2. error. 6. pag.**

E communia iuris. 197

tot. Molin. dict. loco. numer. 28.
& seqq. & multi ab eis relati, &
ante hos, Couar. dict. cap. 28. num.
9. scante etiam insigni, quam vocat,
legis Regiæ 16. tit. 1. par. 4. dis-
positione. statuto: in estimatione
rerum dotialium non debere coniuges
aliquam partem intra dimidiam ius-
sti pretii lationem pati, foreque repa-
randam, si qua interuenerit. Quæ
aestimationem iustum pretium excee-
dens, vel ad illud non accedens, and
attingens, emptionem facere sentit,
iustum tamen pretium per addi-
tionem, vel diminutionem resarci
subet. Nisi tam in latione, intra di-
midium iusti pretii, priorem vero
sententiam, ultra, intelligamus cum
Couarr. dict. loco. Aliæ plures
axiomati limitationes adducant
supra relati per quos videri pote-
runt.

AESTIMATIO succedit loco 78
rei, rem que ipsam representat, Bart.
in l. Stipulationes non diuidun-
tur, nu. 40. D. de verb. oblig. l. f.
in l. 2. D. 140. C. de iure emphyt.
& in leg. Cum proponas. 1. num.
8. vbi Alex. num. 5. Dec. numero
8. & alii. G. de pact. idem. Dec.
in l. Certe conditio. numero 7.
D. de certi pet. Carot. de oblat.

E *Axiomata, & loca*

par. 2. q. 35. Surd. decis. 81. num.
5. Barlat. conf. 100. n. 39. Cephal.
conf. 5. 4. n. 6. *quos cum aliis refert*
Mari. Giurb. decis. 114. nume-
ro 12.

79 **AESTIMVM** *patris, confetur*
astimum filii, glos. 1. in l. 2. C. qui
erat. vel profes. se excus. lib. 10.
Bald. in l. fin. n. 13. C. de impub:
& aliis subtit. Deci conf. 443. n. 4.
Nō de priatleg. pauper. & mise-
rab. person. par. 1. q. 4. §. 3. n. 53.
& seqq.

80 **EVENTVS** *posterior à pri-*
mordio tituli formatur, l. 1. C. de
impon. lucrat. de script. li. 10. Sur-
dus conf. 255. n. 11. Francisc. Mo-
lin. de ritu nupt. lib. 3. q. 39. n. 62.
Pirrh. Maur. de solut. cap. 8. num.
3. *iunctis adductis infra* lit. P. nu-
mero 151.

81 **EVENTVS** *non sunt ha-*
bendi in consideratione, l. Inter sti-
pulantem, §. Sacram, D. de verb.
oblig. Stephan. Gratian. discept.
forens. tom. 5. c. 937. nu. 10. *ubi*
praecipue ad procedere notat, quando
prater naturam occurrunt, ex Cal-
can. conf. 24. nu. 12. ad med. &
Qiasc. decis. 95. num. 47. *Inde se-*
 nec. de benef. lib. 5. Et benefi-
 cium (ut) ab iniuria distinguit,
non

E *communis iuris*. 198
non euentus, sed animus, &
Ouid.

Caveat successibus opto-
 quisquis ab euentu facta notanda
putat

EVIDENTIA *rei attenditur* 82
cap. Fraternitatis, de frigid. & ma-
lesic. cap. 2. de purgat. canonic.
Parisi. conf. 39. num. 38. in fin. lib.
1. Stephan. Gratian. discept. fore-
rens. cap. 823. num. 32. & seq.
tom. 5.

EXCEPTIO *datur facilius quā* 83
actio, l. 1. §. Cui damus, D. de
superfic. Cardin. Tusch. lit. E.
concl. 374. Scacc. de iudic. lib.
2. capit. 2. numer. 121. & de com-
merc. §. 7. glos. 5. numer. 98.
Quibus adde tradita supra lit. A. nu-
mero 69.

EXCEPTIO *debet esse de regu* 84
la, l. Quæstam, §. Denique, D. de
fund. instruēt. glos. in rubr. de reg.
iur. in 6. Euerard. in topic. legal.
loco 3. Flamin. de resign. libro
5. quæst. 6. numer. 186. Rot. Rom.
apud Farinac. decis. 144. numer.
6. tomo 1. part. 1. Cardin. Tusch.
lit. E. conclus. 423. Seraphin.
Rot. Roman. decis. 930. nume-
ro 7. Gonçal. ad regul. 8. Can-
cel. glos. 13. numero 77.
glos.

E *Axiomata, & loca,*

glof. 24. numer. 35. & glof. 51. n.
 2. Surd. confil. 152. numer. 43.
 confil. 262. num. 47. confil. 402.
 num. 21. & confil. 527. num. 6. &
 7. & decif. 124. num. 13. & decif.
 215. num. 20. Rota Bonon. in
 compilatis a Gifli decif. 796.
 numero 1. & decif. 105. nume-
 ro 33.

35 *Intellige hoc verum, quoad vim
 comprehensiuam, sed non quo ad in-
 ris determinationem, l. In his iuncta
 glof. Cide reuoc. donat. Euerard.
 vbi proxime.*

36 **EXCEPTIO** *dellat et regulam,*
 Surd. confil. 455. num. 12. & decif.
 124. num. 12. Causale. decif. 36.
 num. 528. par. 2. Euerard. d. loco,
*vbi allegat tex. in l. Na quod liqui
 de, §. fin. in fin. D. de penu legat.
 Ro. Rom. vbi proxime, Card. Taf
 ch. 1. lit. E. cōcl. 224. vbi etiam affe*

37 *rit, quod non ampliat. Et vbi coprihen-
 dit ea, que nō sunt de genere regulae,
 feruentim acquirit, vt videntur excep-
 tionis eos casus regula complectatur,
 quos non opposita exceptione, nequa-
 quam complecteretur, ex l. Lutus,
 §. 1. D. ad Trebel. & l. Generali,
 §. Vxorī, D. de usufruct. legat.
 & d. cent. Decius regul. 1. num.
 21. D. de reguli. iur. Euerard.*

in

E *communis iuris. 199*

in suis topic. loco ab exceptione,
 ad regulam. 2. Couar. var. lib. 2.
 cap. 5. numer. 7. P. Sanchez (hos
 referendo) in sum. supr. præcept.
 Decalog. lib. 2. cap. 7. num. 17.
 col. 3. in solut. ad quintum, &
 prædixerat ibid. lib. 1. cap. 10. nu-
 49. col. 3. in princip. vers. Respon-
 deo, Mier. de maiorat. in 1. edito
 par. 1. quæst. 22. num. 22. Surd.
 dist. decif. 124. num. 17. *Ex iam
 dicta ratione, quæ non ad amplian-
 dum, sed ad restringendum regulam
 ponitur exceptio, d. l. 1. D. de reg-
 iur.*

EXCEPTIO *vbi non reperit* 38
*ur posita, non est à regula receden-
 dum, l. In præuarcationis, §. vlt.
 D. de præuarcat. l. Dissentiētem,
 C. de diuort. l. Allam, C. de col-
 lat. Flamin. de relig. lib. 3. quæst.
 7. num. 45.*

ET *Excipiens à regula, exceptio* 39
*nem propositam specialiter probare
 tenetur, Decil. in l. Inbere, cauere,
 num. 7. D. de iurisd. omni. iudic.
 Roman. confil. 1337. numer. 40.
 Cranes. confil. 168. num. 8. Surd.
 confil. 339. num. 6. quos cum alijs
 refert Gratian. discept. forens.
 tom. 5. cap. 995. numer. 3. quibus
 adde notata infra lit. R. num. 46.*

EX-

E *Axiomata, & loca*

90 **EXCEPTIO** *firmat regulam in contrarium, notauimus supra lit. G. num. 16. quibus addē in confirmationem Plinium Minorem epistolar. lib. 7. Veconio Romano scribens. Adnota (inquit) quæ putauere corrigenda. Ita enim magis erodam cætera tibi placere, si quædam displicuisse cognouero.*

91 **EXCEPTIO** *repeitit eundem, quem de iure tenet actio, l. Vendicātom, 17. cum l. seq. D. de euis. l. Exceptione doli, 1. C. eod. Tiraquei. de retrah. lig. §. 1. glof. 9. nu. 33. Boer. decif. 23. nu. 13. Ne-gūza. depigobr. p. 5. mēb. 1. n. 53. Molina. de primog. lib. 4. cap. 1. nu. 20. & 28. Anton. Gom. in l. 50. Taur. nu. 63. Anton. Gam. decif. 67. Petr. Barbof. in l. 1. p. 5. nu. 20. D. solut. matr. Portol. de consorto. & fideicommiss. cap. 2. nu. 18. Cardin. Tusch. lit. E. conclus. 375. Sord. conf. 517. nu. 24. & conf. 577. nu. 12. & decif. 177. num. 8.*

92 *Limita in casu, l. fi. C. de euis. ubi heres fiduciarius ex persona sua potest rem euincere, licet non vi ha-res, quem casum admirabilem dicit Bald. & la. in l. 2. §. Ex his, numero 3. D. de verb. oblig. Intelli-*

E *communis iuris. 200*
ge vt per Vincent. Carot. singul.
72.

*Limita etiam in contrahente no-
mine proprio, alieno vero contractus
reuocationem, vel nullitatem preten-
dente. Ita d. l. Vendicātem, & si-
milium conclusionem limitat (multis
relatis) Pinel. in l. 1. C. de bono
matern. 3. p. nu. 73. col. 2. versic.
Melius etiam.*

EXCEPTIO *de iure tertij non
admittitur, text. in l. His consequē-
ter, 18. & ibi glof. verb. Non per-
tinere, vers. Ergo ante sententiā,
D. famil. ercif. glof. in l. 2. §. 1.
verb. Si in ea re, D. de dol. mal. &
met. except. in d. glof. in l. Ele-
gantē, in prin. D. de dolo, quas
aliquibus modis limitat, magistra-
liter, & copiose Bartol. in l. D. de
except. rei iudic. multipliciter dis-
tinguens, las. in l. notab. 5. nu. 6.
& 7. C. de iure empty. ubi saltem
exceptio non est exclusiua iuris agen-
tis ipso iure etiam tertio non oppo-
nente, Salye. in l. Cum seruum,
numer. 4. C. de seruis fugit. Mo-
hedan. decision. 299. in fin. Ia-
cob. Pute. decif. 3. & 4. in titulo
penalibus quoque procedat, O-
uid, de Amic. dist. q. 7. à numer.
3. cum seqq. praesup. numer. 6.
col. 2. ex med. & num. 7. Sebas-
tian de Medio. d. reg. §. numer. 6.
posteriorum, fol. mihi 249. qui
numer. seq. plurimos alios intellectus
& limitationes huic regula assignat
per eum videnda, & per Ouid, de A-
mic. d. loco à num. 3. infinito: pro
assignans casus, in quibus minimum
attenditur,

In delictisque, & in penalibus, mi-
nima in consideratione esse, pro regula
tradit Hieron. Buccaro de dif. in-
ter iudici. ciuil. & crimin. dif. 167.
n. 8. Camil. Gallin. de verb. signi-
lib. 10. ca. 2. numer. 9. qui diuersis
in locis diuersas etiam limitationes
assignat.

Quando nempe absurdum sequeretur
quia tunc minimi ratio habetur. li. 10.
c. 25. num. 32.

Quando per minimi considerationem
ferret praedictum rebus maioribus,
ibid. num. 8.

Quando dispositio loquitur con-
ditionaliter, ibidem num. 22. & 23.
ex glos. in d. l. Res bona fide.
Bald. in rubric. C. de contrah. em.
pt. & aliis,

Quando aliquid pro forma re-

L Axiomata, & loca

quiritur, cum forma nihil ad-
de, aut detrahi possit. ibidem,
num. 24. advertis etiam Sebastian
de Medic. d. reg. 5. n. 13. & 14. po-
sterior. pag. 249.

81

Quando minimum ad maiorem su-
mmam integrandam requiritur, idē
ipse Gal. d. lib. 10. c. 25. num. 25,
ex l. Quandiu, & ibi Bald. C. de
distraet. pignor. cum alii. qua ibi
adducit.

82

Vel cum eadem proportionabiliter
in minimo, qua in magno militat
ratio, idem ibi. numer. 26. firmand
etiam Sebastian de Medic. vbi sup.
num. 4. & Mari. Giurb. in consue-
tud. Senat. Messan. cap. 6. glos. 10.
num. 11.

83

MINIMUM sequimur in du-
bio l. semper in stipulationibus in
fin. & l. semper in obscuris, D. de
regul. iur. capit. In obscuris, eod.
titul. lib. 6. sur. conf. 150. numer.
93. Buccaron. de differ. inter iu-
dici. civil. & criminal. differ. 154.
num. 5. & seqq. vbi procedere intel-
ligit in ultimis voluntatibus? & in
delictis, secus in contractibus. Contra-
rium licet post alios a se relaxos desen-
dat Cagnol. in d. l. semper in obs-
curis n. 12.

85

Limita etiam in favorabili. -
bus

M communia iuris. 318

bus, & ad liberationem inducendam
in quibus non quod minus, sed quod
magis est, venit, & sequimur in dubio
l. Aurelius 29. §. Titius restamen-
to, D. de liberat. legat. sur. conf.
112. n. 98.

Intellige etiam quando sumus in 86
quãtitate, secus in speciebus, in quibus
non minimum, sed mediocre debetur,
ex l. 3. & 4. D. de tritic. vin. & oleo
legat. l. Dubium §. fin. D. de lag. §
Dyn. in d. cap. in obscuris. numer.
8. Castrenf. in l. Legato generali-
ter, 37. numer. 5. de legat. 1. Ca-
preol. regul. 113. numer. 41. &
seqq. & eos referens Gratian. disce-
ptat. forens. tom. 4. cap. 700. num.
17. & 18.

MINOR in maiorem non habet 87
imperium, l. Minor. D. de minor. c.
Inferior, cap. Denique, c. Nunc au-
tem, & §. In tantum 21. dist. cap.
Cum inferior, & ibi Abb. in prin.
& n. 1. de maiorit. & obed. cap. lu-
notat, de elect. l. Nam magistra-
tus, D. de recep. arbit. l. Ille à quo
§. Tempestivus. D. ad s. C. Treb.
l. 2. tit. 7. p. 1. Stephan. Gratian.
discep. foren. tom. 5. c. 925. nu. 5.
sunctes notatis supra lit. I. num. 72.
& seqq. & notandis infra lit. P. n.
12. & seq.

MI-

M Axiomata, & loca

88

MINOR & Ecclesia equi-
parantur, cap. 1. & cap. Auditiv ubi
glos. verb. minoris, de in integ. ref
tit, glos. in l, Respublica, verb. So-
let, C. ex quib. caus. maior, Euer.
in locis legalib. loco à minor. ad
Ecclesiam, vel piam causam, &
notauimus supra lit. A. n. 5 10. cum
duobus seqq.

89

Sic pariter minor, & Respublica a-
quiparantur, d. lit. A. n. 5 13. & 514.
diximus.

90

MINVS cui prohibetur, multoma-
gis, quod maius est inter dicitur, cap.
Nulli 24. d. Semper enim in eo, quod
plus est, inest minus l. In eo, D. de
regol. iur. l. 1. §. si stipulanti D. de
verb. obligat. Sur. decis. 65.
numer. 5. Farinat. decis. 10. n. 6.
par. 1. cum aduclis supra hac cad.
lit. num. 7.

92

MINVS soluisse dicitur, & qui ni-
hil soluit, l. Minus 32. l. Verbū am-
plius 82. l. sita stipulatus 150. D.
de verb. signific. Minus enim dicitur,
quod nihil est, l. Illud in princ.
D. de trib. act. Sur. decis. 65. num.
2. 5. & 61

93

Et minus attulisse, qui nihil at-
tulit, Merquecho de diuis. bo-
nor. cap. 15. num. 12. Marl Glu-
ba in consuetud. Senat. Messan.

ca

M communia iuris. 319

cap. 1. glos. 6. numer. 14. part. 1.

MINVS soluit qui tardius, vel 94
post tempus soluit, l. Vt is cui, 12.
§. Minus soluit, D. de verb. signi.
l. 1. §. Editiones, vers. Nam dtes
solutionis, & ibi notat glos. verb.
Summa, D. de edend. §. Tempo-
re, instit. de acton.

Inde minus dare videtur, imo nec
dare, qui tarde dat, ex sententia
Martial. lib. 6. epigram. 23. ad
Petum.

Sex sestertia si statim dedisses,
Cum dixti mihi: sume, tolle, dono:
Deberem tibi Pate producentis,
At nunc cum dederis diu moratus,
Post septem puo, vel nouem Kalen-
das,

Vis dicam tibi veriora veris,
Sex sestertia Pate perdidisti.

Et Senec. lib. 2. de Benefic. Ingra-
tum est (inquit) beneficiū, quod
diu inter dantis manus hæsit,
quod quis ægre dimittere visus
est, & sic dare, tanquam supra re-
paretur, & alia his similia tradit
Cardin. Tusch. lit. M. concl. 270.

MISERICORDITER 96
cum sceleris, non est agendum, Hic
ronym. Buccaro, de differ. inter
iudic. crimin. & civil. differ. 101.
num. 5. & seq. Hinc Senec. de mo-
rib.

rib.

M Axiomat' v' & loa

rib. Bonis nocet (ait) qui malis parcit.

97 MITIVS agitur cum lege, quam cum homine. l. Celsus, D. de arbit. glos. fin. in cap. Illa, de elect. & probat. l. 3. tit. 4. part. 3. versic. Porque mas ligeramente, plene Bart. in l. Amplius, D. rem rat. haber. Mari. Anton. variar. lib. 1. resolut. 19. num. 5. Cald. Perei. de empt. & vendit. cap. 9. nu. 7. Cardin. Tusch. lit. M. concl. 292. Pichard. In disput. de mora, n. 92. Ioan. Mar. Nouar. quaest. forens. lib. 1. q. 152. nu. 7. Farinac. quaest. 20. nu. 60. & 61.

98 MIXTVM continetur sub simplicis, l. 2. & ibi glos. in princip. D. de verb. oblig. glos. in §. 1. in sit. de actionib. Camil. Gallin. de verb. signific. lib. 9. cap. 19. num. 1. & 2. Cardil. Tusch. lit. M. concl. 294. Quod axioma in finibus limitationibus, & intellectibus exornatur vt per Tusch. d. loco, Gallin. d. c. 19. per tot. cap. 2. 1. & seq. vsque ad cap. 35. vbi ad nauceam vsque materiam profequitur, Surd. decis. 53. num. 27. decis. 174. num. 14. 15. & 16. decis. 329. num. 6. 8. 15. 14. 16. 19. 24. & 25. Castill. controuerf. lib. 5. p. 2. cap. 89. & num.

M communia iuris. 320

num. 160. cum seq. omnium latissime Farinac. fragment. crimin. 2. p. lit. M. à numer. 219. vsque ad num. 60.

DE MODICO non est curandum, l. Si oleum, §. fin. cum l. seq. D. de dol. l. In rebus, §. Possunt, D. de commod. l. Res, D. de contrah. empt. l. Scio, D. de in integr. restit. Aloys. Ricci. in praxi rer. fori Ecclesiast. decis. 39. numer. 3. in 1. edit. & resolut. 36. in 2. edit. Bertazol. in repet. l. Si quis maior, C. de transact. numer. 42. Mari. Giurb. in consuetud. Senat. Messan. capit. 16. glos. 1. num. 14. Ioan. Mar. Nouar. quaest. forens. lib. 1. quaest. 37. num. 9. & 10. & quaest. 56. numer. 8. Steph. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 951. nu. 7. Thom. de Thomalet. regul. 94. vbi limitat nisi modico essent essentialia, & multa de quibus, & alij dixerunt supra hac lit. num. 73. & seq.

MODICA ad nocet, c. Si proponit, §. 42. vbi gl. 1. de rescrip. Tiraq. in l. Si vnquam, verb. Donatione largitus, n. 107. C. de reuoc. donat. & in tract. de iudi. in reb. exig. vers. 29. P. Azor insti. moral. lib. 6. c. 10. vers. Tertio queritur. Ioan. Mar. Nouar.

99

00

101

M. Axiomata, & loca

Nouar. quæst. forens. lib. 1. q. 374
num. 10. & q. 2. numer. 3. multis
firmat Petr. Binsfeld. in rubr. de
iniur. & demon. dat. notab. 13.

102 Hinc modica mora non nocet, Ti-
raquel. vbi proxim. numer. 77. &
de retract. lignag. §. 8. num. 9.

103 MODVS in dubio potius presu-
mitur, quam conditio, Menoch. de
presumpt. lib. 4. quæst. 175. nu-
15. Molin. de primog. lib. 2. cap.
12. num. 9. Petr. Barbof. in rubr.
D. solut. matrim. p. 1. numer. 28.
Steph. Gratian. discept. forens.
tom. 1. cap. 44. num. 17. & capit.
136. numer. 14. Rot. Roman. ex
collectis à Farinac. decisi. 362.
num. 1. in nouissim.

104 MONACHVS seruo equipa-
ratur, notauimus supra lit. A. num.
531. & 532.

105 MORA vltima nocet, l. Illud, 17.
D. de pericul. & comod. rei vend.
l. Si mora, & l. Semel mora, D. so-
lut. matr. l. Cum Prætor, §. Si alii
quando, D. de noui oper. nunciat.
l. Si & per emptorem, §. 3. D. de
actionib. empt. l. Si seruum, 91.
§. Sequitur, D. de verb. oblig.
cap. Si iudex laicus, 12. vbi glos.
verb. Clericali, de sentent. excō-
munic. lib. 6. Casan. in Catalon.
glor.

M. communia iuris. 321

glor. mund. part. 12. consider.
100. num. 16. Medic. in tract. de
nouation. 2. p. verb. Mora, Sa-
port. tract. de mora, cap. 1. num.
41. Forcat. eod. tract. 3. part. num.
13. Franc. Molin. de ritu nupt.
lib. 3. quæst. 29. num. 86. quos re-
fert Pichard. in disput. de mora,
nume. 212. Cardin. Tusch. lit. M.
conclus. 372. Scacci. de comerc.
§. 7. glos. 6. numer. 13.

Et quando prima mora noceat, vi-
de Stephan. Gratian. discept. foren-
sent. tom. 5. cap. 1000. numero
102.

MORA modica non nocet, no-
tauimus supra proximè, numero
102.

MORA non est, vbi nulla petitio
est, l. Nulla, 99. D. de regul. iur.
Surd. consil. 150. num. 98.

MORA non sine interpellatione
cōtrahitur, l. Mora, 32. D. de vsur.
l. Vinum, 22. & l. Lecta, 40. §.
Pactum autem, D. si cert. pet. l. Si
ex legati causa, 13. & l. Nemo re
suam, 82. §. fin. & l. Si insulam,
84. D. de verb. oblig. AEmil. Fer-
ret. in tract. de mora, numer. 8.
Marc. Anton. Bauer. eodem tract.
2. p. numer. 1. Anton. Pichard. in
sua disput. de mora, numer. 43.

Cardin.

M *Axiomata, & loca*

Cardin. Tusch lit. I. concl. 325.
Carol. de Graf. de except. ad stat.
tut. exclud. omnes excep. excep.
32. nu. 101. cum tribus seq.

109 *Intellige & limita ex l. Traiecti-*
tia, 23. §. De illo, D. de action. &
oblig. l. Magna, 12. C. de cōtract.
& cōmit. stipul. l. Ad diē, 77. l. Si
fundam, 114. D. de verb. oblig.
l. Pecunię fōnibus, 9. §. Vfurarū;
D. de vfur. l. Libertus, 18. §. Ma-
numissis, D. de alim. & cibar. le-
gat. l. Fundus, 4. §. Marcellus, D.
de leg. cōmis. l. Traiectitia, 9. D.
de neut. fōn. l. Quoties in diem,
59. de verb. oblig. l. AEmilius Lar-
ganus, 59. D. de minor. l. Celsus,
27. D. de recep. arbitr. l. 18. & l. 35
tit. ii. p. 5. & l. 8. tit. 14. ead. part.
quas per ordinem citauimus de pri-
uileg. pa. sp. p. i. q. 25. n. 3. vbi nu-
meris quoq. seqq. De huius axioma-
tis, limitationisq. intellectu vide.

110 *MOREM antiquorū qui non ser-*
uat, eorū nō seruat honorē, Bal. cōf.
318. incip. Quidam nobilis lib. 22
refert, & sequitur Aym. Craue. cōf.
238. n. 10. Iude Ouid. Pastor. lib. 1.
Laudemus veteres, sed nostris vti-
mur annis,
Mos tamen est a quo dignitas vique
collit.

M *communia iuris* 322

M *MORES quosquis in alio repro-*
bat, in se approbare non debet, l. In
arenam, C. de inoffic. testam. cap.
Cū Ecclesiasticæ, de excep. c. Si
gnificasti, de adulte. c. Si Paulus,
32. q. 5. Ioan. Mar. Nouar. quæst.
forens. lib. 1. q. 104. nu. 15. in clis
notatis infra lit. V. nu. 147.

M *MORIENS non presumitur im-*
memor salutis æternæ, l. fin. C. ad
leg. Iul. repetund. c. Sancimus, 1.
q. 7. Menoch. conf. 350. num. 9.
& de præsumpt. lib. 2. præsumpt.
60. vbi plenè Mascard. de probat.
conclus. 1074. num. 1. Francisc.
Molin. de ritū nup. lib. 1. compar.
18. num. 66. Thom. de Thomaf.
regul. 193. Couar. variar. lib. 2.
cap. 3. num. 8. Flamin. de resign.
lib. 1. 2. quæst. 1. à num. 7. Bertazol.
consil. 118. num. 13. Anton. Mo-
nach. Florent. decis. 2. numer. 27.
Surd. consil. 10. num. 56, & conf.
382. num. 62. Decian. consil. 30.
num. 11. volum. 4. Ofase. decis.
79. num. 20. Seraphin. de priuileg.
iuram. priuileg. 40. num. 8.
& priuileg. 44. numer. 7. Mar.
Giurb. in consuetud. Senat. Mes-
san. cap. 2. glos. 7. num. 24 & num.
28. vbi multa pulchra, & glos.
14. num. 8. eod. cap.

M Axiomata, & loca

113 *Limita in praedictum tertio*, Bar. in l. Si quis in graui, §. Si quis moriens, D. ad S. C. Syllan. ubi etiam Igne. nu. 10. Bald. in Auth. Si testis productus, numer. 3. in fin. C. de testib. Alefat. de praesumpt. regul. 3. praesumpt. 4. nu. 2. vers. Aduerte tamen, refert Ioseph. Ramoni. consil. 100. num. 519.

Non enim moriens omnis praesumitur Ioannes Baptista, Grammar. decis. 42. num. 9. Polidor. Rip. de actib. in mort. artic. cap. 27. num. 8. Surd. decis. 135. numer. 14. & consil. 382. numer. 62. Menoch. consil. 39. nu. 7. consil. 139. num. 68. & 70. & de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 5. num. 19. & de arbitrar. casu 89. nu. 30. Giurb. dict. glos. 7. num. 2. col. 2. prope fin. *Et ut Senec.* controuers. 29. lib. 5. ait: Nullum magis aduersarium timueris, quam qui viuere non potest, occidere potest.

114 *MORS omnia soluit*, Auth. de nuptijs, §. Deinceps, collat. 4. Sebastian. de Medic. in special. tract. Mors omnia soluit. Cæsar Argel. de contra. list. legit. quæst. 7. nu. 82. Cardia. Tuschetom. 5. lit. M. conclus. 39. L. Pichard. ad §. Recto

quo.

M communia iuris. 323

quoque, §. num. 8. instit. de mandato, Gonçal. ad regul. 8. Cancel. glos. 15. à numer. 3. Surd. consil. 29. num. 17. Ioan. Anton. Mangil de imputat. quæst. 51. num. 43.

MOTVS primi non sunt in homine notamus infra lit. P. numer. 150.

MVTABILIA sunt omnia, infra proximè, num. 121.

MVTATA, aut variata persona, mutatur conditio res, l. 1. §. Si is, & ibi glos. D. de collat. Gregor. Lopez in l. 6. titul. 11. part. 6. glos. 4. cum adductis infra liter. Q. numero 8.

Et mutatione status & conditionis, variatur dispositio, ut notauimus supra lit. D. num. 107.

MVTATIONE facti, ius mutatur, diximus supra lit. F. numer. 36.

MVTARI non possunt humana dispositione, que favore publico introducta sunt, l. Nemo potest, D. delegata 1. l. Ius publicum, D. de pact. l. Quod de bonis, §. fin. D. ad leg. Falcid. Authen. Sed cum testator, ubi DD. C. eod.

MVTARE consilium sapientis est, arg. text. in capit. Non debet, de con-

con.

M Axiomata, & loca

cōfang. & affin. *Inde Senec. declam. lib. 4.* Non est leuitas à cognito, & damnato errore discedere, notat Bald. in c. Publicato. nu. de elect. Nicol. Moron de trōng. & pace. q. 1. 21. n. 194. vbi mutabilitatem. va rietatemq; à nu. 1. 80. cū seq. excul. pat. quia nihil sub sole immutabile. aut perpetuum, l. 2. §. Sed quia, C. de ver. iur. enucle. Nil ita vt im mobile esset, Natura concepit, Se nec. natur. hist. lib. 6. c. 1. ait, lateque prosequitur. *Inde Horat. epistol. lib. 2. epist. ad Augustum.*

Nil placet, aut odios est, quod non mutabile credas.

Et Senec. Trage. in Mædæa act. 2.

*Veniunt annis sacula seris
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, & ingens pateat tellus
Tiphysque nouos detegat orbis.*

Et Cicer. de natur. Deor. lib. 1. ait:
Nil semper suo statu manet.

N

1 **N**ATVRA, & ars nil agunt fru stra, Arist. lib. 2. de cœlo. tex. 59. & lib. 3. de anima, tex. 45. probatur in l. Qui bis idē, D. vt legat. nom. caue. cū citatis per Brun. à So le in locis cōmun. verb. Natura. NA-

N communia iuris. 324

NATVRA non deficit in neces saris, neque abundat in superfluis, Aristot. d. lib. 3. de anima, cap. 5.

Et deficit mentiri, Ioan. Antoni. Mangil. de imput q. 66. nu. 35. ex l. Cum quidam, D. de acquir. hæ. redit. & l. Liberos, D. de verb. signific.

NOVAS properat edere formas, l. 2. §. Sed quia Diuinæ, 18. C. de veter. iur. enucle.

NATVRA res potius, quam sim plex nominatio, attendi debet, arg. tex. in l. Si vno, D. locat. c. Ea que, de simon. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. glos. 5. num. 18.

Sapē tamen minus quam acciden tis consideratur, quia accidentia na turam obnubilant, notauimus liter. C. num. 54.

NATVRA non audet, quod lex negat, diximus supr. lit. L. nu. 59.

NATVRALITER, quod non potest fieri, nec secundum legem possi tiuā, & eius ordinationē fieri potest, l. Qui ad certum; D. locat. l. Lex Cornelia, in fin. D. vulg. & pupil. substit. l. Gallus, §. Si eius, D. de liber. & posthum. *Hæc paria sunt, aliquid esse impossibile naturaliter, vel de iure. l. 1. vbi glos. & l. Filius D. de condit. instit.* NA-

N *Axiomata, & loca*

9 NATVRALIA non mutantur, diximus supra liter. I. numer. 147. & adductis ibi adde Senec. de consolatione ad Martiam: Apparet (inquit) non esse naturale, quod varium est, & qua adducimus Nos de priuileg. pauper. & miserab. persona quaest. 53. numero 6. par. 1.

10 NATVRALE est, eodem genere quodque dissolui, quo colligatum est, l. Nihilita. & naturale: 35. & l. Qm nial. 100. D. de regul. iur. l. Prout, 80. Dale solut. l. 16. C. quando licee. ab emp. disceder. §. 1. & §. fin. instit. quib. mod. tollit. obligat. iunctis traditis infra lit. R. numero 82.

11 NATVRALI ratio parcendum est, Auth. de non elig. secund. nubent. §. Si autem, coll. 1. gloss. in l. 2. §. Si non propter, D. Si quis caution. Nos de priuileg. paup. & miser. pers. p. 1. q. 17. nu. 29. & 41.

12 NATVRALIS coniectura accidentalis praualer, l. Has obligationes, D. de capit. dimnut. §. Minus, instit. de heredit. quæ ab intest. de fer. §. fin. instit. de testam. tutel. refert Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 85. nu. 55.

NECES-

N *communis iuris. 325*

NECESSARIA causa praesumitur potius quàm voluntaria, l. Vxo rem, §. Pater naturalis, D. delegat. 3. Cardin. Tusch. practico conclus. lit. N. conclu. 23.

NECESSARIA omnia ad vniuersum, l. 2. D. de iurisdi. omni. iudi. l. Ad rem mobilem, §. Qui procuratorem, D. de procurator. l. 1. §. 1. D. de usufruct. petit. l. 3. §. Qui habet, D. de seruit. rustic. Prædior l. 3. D. pro soc. l. 1. §. fin. D. de offic. eius cui mand. est iurisd. §. Minorem, instit. de adopt. cap. Præterea, de offic. deleg. cum his, quæ ad axioma hoc exornandum tradunt Euerar. in topic. legal. loco à concessione antecedentis, Nauar. in princip. de pœnit. dist. 5. num. 24. & lib. 4. de sponsal. consil. 14. num. 2. Surd. consil. 347. num. 20. Rendin. in prumptuar. recep. sententiar. tit. 100. num. 3. tom. 1. Gamm. decif. Lusit. 206. numero 20. Thomas de Thomaset. regul. 29. vbi asserit procedere, & in materia fauorabili, vel indifferenti, aut in coniuuctis, & vbi mixtur eodem ratio.

Vel intellige, quando concessum sine illis extoro non potest, ex Fran-

N Axiomata, & loca

cisc. Galet. in Margarit. casuum
conscient. verb. Concedere. *Qui-*
bus adde notata supra, lit. C. num.
99.

19 **NECESSITAS** *legi non subia-*
et, l. Tutor qui reportorium, D.
de administr. tut. l. Ut gradatim,
§. 1. D. de muner. & honor. l. Nō
solam, §. fin. D. de excusat. tutor.
l. Aliquando, D. de offic. Procons.
l. si quis filio, D. de iniust. testam.
l. 1. C. de oper. libert. l. Pro tyro-
nibus, C. de priuileg. domus Au-
gustal. lib. 1. cap. Licet de feri.
cap. Quinto, in fin. de consuetud.
cap. Exit, col. 4. in fin. de verbor.
signific. lib. 6. Thom. de Tho-
maset. regul. r 89. surd. decis. 86.
nu. 8. Gail. practic. lib. 1. obseru.
102. nu. 8. Plac. de delict. lib. 1.
cap. 28. nu. 1. Martenz. in l. 1. gl.
2. 1. tit. 10. lib. 5. nouæ Reg. col.
lect. P. Sanchez de matrim. lib. 3.
disput. 10. num. 27. Ceuall. com-
mun. contra commun. tom. 4. q.
fin. num. 50. Aloys. Ricci. in pra-
xirer. feri Ecclesiast. decis. 711.
in 1. edit. & resolut. 602. num. 3.
in 2. edit. Cardin. Tusch. tom. 5.
lit. N. conclu. 19. Bened. AEGid.
in repet. l. Ex hoc iure, D. de iust.
& iur. p. 1. cap. 8. num. 26. in fin.
cl-

N *communis iuris.* 326

elegantissime Escobar (multa ex sa-
era pagina referens) de ratiotin.
admin. cap. 14. à num. 10. Bar-
tholom. Pere. ad extrauag. Am-
bitiosæ de reb. Eccles. non alien.
verb. Præterquam, num. 14. pag.
276. Ioan. Petr. Monet de distri-
buit. quotid. p. 2. q. 11. num. 38.
Ioan. Mar. Bellet. disquis. clerica.
p. 1. titul. de disciplina cleric. §.
4. num. 55. pag. 41. & §. 20. num.
13. pagin. 135. Nos de priuileg.
pauper. & miserabil. personar.
p. 2. in q. 65. nu. 51.

NECESSITAS *facit licitum, 18*
quod de iure non est licitum, capit.
Quod non est licitum, de regul.
iur. Tiraq. de pœn. temper. caus.
33. num. 3. Ceuall. commun. con-
tra commun. q. fin. num. 6. tom.
4. Cardos. in praxi iudic. & aduo-
cator. verb. Necessitas, numer. 2.
Anton. Oliban. de iureffc. c. 4.
num. 36. Escobar de ratiotin. cap.
14. num. 13. Monet. de distribut.
quotidian. part. 2. q. 11. num. 38.
Bellet. disquisit. clerical. §. 20. n.
13. Stephan. Gratian. discep. fo-
renf. tom. 4. cap. 626. num. 15. &
cap. 636. num. 10. Ioan. Mar. No-
uar. quest. forens. lib. 1. q. 28. nu.
10. & quest. 55. num. 3. Cornel.

N *Axiomata, & loca*

Benincas. de pau. speciali. 9. in
iudic. numer. 43. Cardin. Tusch.
lit. N. conclu. 19. plene Nos de pri
uileg. pauper. & miserab. person.
p. 2. quaest. 5. num. 49. & sequent.
*Hinc inter alia, & illud Senec. in
Troas actu. 3. adducimus.*

Nec turpe putat,

*Quidquid miseros Fortuna in-
bet.*

39 **NECESSITAS** ubi est, nec
damnatio, nec corona est, capit. Si
enim, de poenit. dist. 2. diximus
Nos de priuileg. pauper. & mi-
serab. person. par. 1. quaest. 2. nu-
mer. 6.

40 **IN NECESSITATIBUS** nemo li-
beralis existit, notauimus supralit. L
nu. 70.

41 **NECESSITATE** quae
sunt, in fraudem fieri non dicuntur,
Gozadin. consil. 87. numer. 15.
quem refert, & sequitur Flamin.
Parif. de resign. tom. 1. q. 3. n. 40.

42 **NECESSITATIS** tempore om-
nia sunt communia, notauimus sup.
lit. C. num. 95.

NEGANTIS factum per rerum
naturam nulla est probatio, c. Bonae.
33. de elect. c. Super hoc, de renū-
ciat. Hierony. Fernand. Otero in
repet. c. in de consuetud. nu. 30.

NE-

N *communis iuris. 327*

NEGATIVA enim sua natura
improbabilis est, cap. Quoniam cō-
tra, n. de probat. l. Actor quod as-
seuerat, 23. C. eod. Anton. Gabr.
tom. 3. commun. tit. de probat.
conclu. 6. Mascard. de probat.
conclu. 1087. Menoch. de prae-
sumpt. lib. 2. q. 50. nu. 8. cum f. q.
Fului. Pacian. de probat. lib. 1.
cap. 38. Donat. à Fin. tom. 1. com.
opin. lib. 4. tit. 9. num. 35. & num.
20. & 28. Vincent. Carot. de lo-
cato, & conduct. tit. de negatiua
probanda. p. 3. Cardos. in praxi
iudic. & aduocator. verb. Proba-
tio, num. 29. Rebus. de except.
num. 160. cum seq. Scac. de com-
merc. q. 1. num. 157. in fin. Vin-
cent. Fusar. de subst. q. 436. nu.
5. Cardin. Tusch. lit. N. conclus.
30. Nos de priuileg. pauper. &
miserab. person. p. 1. q. 5. num.
29. ubi num. 13. modum negatiua
i probandi, ostendimus. Qua de re 24
plene Francisc. Herculi. qui inte-
grum de negatiua probanda tra-
ctatum edidit.

NEGATIO facit rem du- 29
biam, capit. Veniens, 13. de sup-
piend. neglig. praelat. l. 3. (ubi
glos. multas concordantes allegat,
verb. Dubium) C. quibus ad libert.

Et 3 pro-

N *Axiomata, & loca*

Proclamar. non licet, glos. 1. in cap. Ventens, de renuntiat. Felim. in capit. Coram, 34. de offic. & potest. iudic. delegat. numer. 8. & in capit. Super eo, 2. numero 2. de testib. cogend. surd. consil. 4. numer. 28. Ioan. Gu-tierr. practic. lib. 3. quest. 9. num. 10.

26 *Limita 1: per Addit. glos. verb. Dubium. in dist. 1. 3. C. quib. ad libert. proclam. non lic. Primo, quã do presumptio esset cõtra negantem, per l. Si vero, §. Qui pro rei quali-tate, D. qui fatid. cog. quã etiam tradit limitationem Surd. consil. 188. nu. 16.*

27 *Secundo limitat, dist. Additio, quando in contrarium adest eus-dens probatio, idem tenet Surd. dist. consil. 4. num. 31. & consil. 378. num. 21. allegat l. nota decif. 641. in 1. p. in aculstis.*

27 *Et quãda probationes sunt in promptu, idem Surd. dist. consil. 188. numer. 16. ex Angel. (quem refert) in l. Tale pactum, §. Qui procurant, col. 2. num. 7. in 2. le-ctur. D. de pact.*

28 *Limita etiam in notoriis, ex d. capit. Super eo, & ibi Abb. de testib. cog. surd. dist. consil. 4. num.*

N *communis iuris. 328*

num. 37. & d. consil. 188. nu. 16. & d. consil. 378. nu. 20.

Alias tres limitationes axiomati 29 huic assignat Felio. in dist. capit. Coram, num. 8. scilicet ubi dubi-tas oriens ex negatione ad incommo-dum negantis pertinet, Vbi negatur id, in quo nulla ca-dit probabilis insciatio.

Et in negatione facta extra iudi-cium.

N *NEGATIVA plus negat, quam 30 affirmativa affirmat, glos. in capit. Cum dilectus, de consuetud.*

Est enim negatio malignantis na-tura, & plus tollit, quam ponit affir-matio, & quidquid sequitur negat, l. Filius fam. §. 1. C. de donat. glos. 1. in l. Iurifgentium, §. Sed si fraudãt, D. de pact. glos. verb. Non potest, in cap. 1. de regul. iur. lib. 6. quas sequuntur frequen-tissime scribentes, per text. ibi, in l. Si is qui ducenta, §. Vtrum, D. de reb. dub. cum multis alijs, qua-lasi prosequitur Tiraquel. de iure primog. questio. 24. numer. 12. Couarru. variar. lib. 1. capit. 13. num. 7. Cardin. Tusch. tom. 5. lit. N. conclu. 26. Mari. Antonin. va-riar. lib. 1. resolut. 70. numero 7. Vincent. Fusar. de substit. quest. Et 4 678.

N Axiomata, & loca

678. numer. 2. Scacc. de com-
merc. §. 1. quæst. 1. num. 46. &
47. Surd. consil. 17. num. 26. consil.
103. num. 7. & consil. 461. nu. 2.
& decisio. 1. 2. 3. num. 6. & 7. *ubi*
negatiuam dispositionem nullam va-
sum excipere firmat.

31 **NEGATIVA** *præcepta*
obligant semper, & pro semper non
sic affirmatiua, D. Thom. 2. 2.
question. 33. art. 2. Abb. in cap.
Nouit, numer. 36. de iudic. Na-
uar. in manual. cap. 17. num. 34.
& 61. Cenall. comun. contra com-
mun. q. 729. nu. 3. Scacc. de com-
merc. §. 1. q. 1. nu. 47. Nos de pri-
uileg. pauper. & miserab. person.
q. 27. nu. 4 p. 1.

32 **NEGLIGENTIA**
imputari non debet ignoranti, l. Si
quis in graui, §. Si quis ignorans,
D. ad Sylant. cap. Apostol. de ex-
cept. Nec in ignorantem cadit, l. 1. in
fin. C. de annal. excep. l. fin. D. de
decret. ab ord. facien. Surd. consil.
419. u. 37. cū norat. l. 1. n. 3.

33 **NEGLIGENTIA** *non imputa-*
tur, ubi diligentia nil proficiat, l.
fin. §. Si ea condicione, D. ad leg.
Rhod. de iact. Iohan. Mar. Beller.
disquisit. clericali. p. 1. tit. de dis-
ceptiua clericali, §. 20. num. 4.
plenissime

N communia iuris. 329

plenissime Nos de priuileg. paup.
& miserab. person. p. 1. q. 17. nu.
47. cum seq.

NEGLIGENTIA *vnins, alteri* 34
nocere non debet, l. Rem heredita-
riam, in fin. D. de euss. l. 3. D. de
transact. l. fin. D. ad Sylant. l. Non
debet, D. de regul. iur. Thom. de
Thomas. regul. 190. Et ei qui di-
ligens est, nocere non debet, l. Si non
expedierit, §. Si pupillus, D. de
bon. auctor. iudic. possid.

NEGLIGENTIA *non presumi* 35
tur, notauimus sup. lit. D. nu. 104.

NEGLIGENS *non dicitur, qui* 36
non potest facere, l. 1. in fin. C. de an-
nal. excep. l. Thais, §. 1. D. de fi-
deicōmis. libert. Salye. in l. Quod
te mihi, n. 24. vers. Secundo quia,
& n. 26. D. si cert. per. Nos de
priuileg. pauper. & miserab. per-
son. p. 1. q. 17. nu. 32.

NEGLIGENS *qui non est, ne-* 37
gligentia penas pati non debet, l. 3.
D. de separat. l. Ab hostibus, 15.
§. fin. & l. seq. D. ex quib. caus.
mator. l. vlt. in fin. C. de posthu.
hered. instit. Nos de priuileg. pau-
per. & miserabil. personar. part. 1.
q. 17. num. 33.

NEGLIGITVR, *quod communi-* 38
ter possidetur, l. 2. C. quado & quib.
quar t.

N *Axiomata, & loca*

quart. pars debeat, lib. 10. *Inde Se nec. de vna breuitate*: Præcipitat (*inquit*) vitam suam, & futuri de sideri laborat, præsentiu tedio, & de *Benefic. li. 3.* Quidquid enim domi est, vile est. *Qua cum alijs ad ducimus* Nos de privileg. pauper. & miserabil. person. part. 1. q. 1. num. 9.

39 **NEGOTIA** *plura sunt, quam vocabula*, l. Natura, 4. D. de præscript. verb. Aristot. 2. Ethicor. 7. Camil. Gallin. de verb. signific. lib. 1. cap. 2. num. 7. & seq. *Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 34.* Et cogitabis (*inquit*) plures esse, quam verba. Ingens copia est rerum sine nomine, quas non proprijs appellationibus notamus, sed alium de comodatis. Pedem & nostru dicimus, & lecti, & veli, & carminis. Canem, & venaticu, & marinam, & sidas. Quia non sufficimus, vt singula singulis assignemus; quotiens opus est, mutuamur.

40 **NESCIRE**, & *dubitare, paria sunt*, l. Manifestissime, C. de furt. Tiraq. in l. Si vnquam, in prælucl. n. 96. C. de reuoc. donat. Sarmiet. lib. 1. select. c. 10. n. 5. Menoch. de arbitr. casu 75. n. 7. *cū multis alijs notatis* lit. D. nu. 227. & seq.

NES-

N *communis iuris.* 330

NESCIRE, *vel non posse, arsa* 42
sunt, l. In actione, vers. Plan. D. de furt.

NIHIL, & *inutile æquiparatur*, l. 4. §. Condemnatum, D. de re iudic. cap. Sicut vigeri, 1. q. 1. cum traditis *infra proxime*, nu. 60. 61. & 62

NIHIL *fit ex nihilo, vel ex non* 43
ante non fit aus, l. 2. D. de usufruct. 1. Seix, D. de tut. & curat. 1. Eius, D. de reb. credit. facit, 1. Si Martia, D. de hæred. instit. Aristot. lib. 1. de generat. & corrupt. Cal. Pereit. de empt. & vendit. cap. 3. num. 15. Farinac. consil. 60. n. 90. & ib. Addit. lib. 1. *pluras referens* Marti. Giurb. in consuetud. Senat. Messan. cap. 16. glos. 1. num. 8. p. 1. Mar. Anquiz. consil. 167. nu. 7. vol. 1. Peregr. consil. 2. n. 19. vol. 4. Montler. decis. 1. num. 54. *Inde* Pers Satyr. 3.

De nihilo, nihil, in nihilum nil posse reuerit.

NOLLE, & *non posse, paria sunt*, l. 1. §. Vfus, D. de procurator. l. Pater Severinam, 100. D. de condit. & demonstr. l. 3. C. de hæred. inst. l. fin. §. Sed & si quis, C. comun. delegat. & firmant *Se nec. de cõsol. ad Heluic. c. 10.* Interim certe

N Axiomata, & loca

erte (inquit) dum non potest, nolenti similis est.

45 **NOLLE** eius est, vel is dicitur, qui potest velle, l. 3. D. de regul. iur. ubi exornant Deci. Cagnol. Mayner. & alij, l. Pater feuerinā, 100. D. de condit. & demonstr. l. Quis sit fugitiuus, 17. §. Idem ait si leruus, D. de adilit. edict. l. Nolle adire, 4. D. de acquir. hered. Mari. Giurb. in consuetud. Senat. Messan. cap. 7. glos. 7. numer. 1. part. 1. & exornamus late Nos de priuileg. pauper. & miserab. person. part. 1. q. 17. nu. 32. & seq. præcipuè à num. 35. pulchre Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 19. in fin. Si vis scire, an velim, effice, vt possim nolle.

Et nolle non potest, qui non potest velle, l. Ab administratione, C. de leg. cum alijs supra proximo, Sardo. consil. 398. num. 11.

46 **NOMEN** nõ attenditur, nec de eo cum dere constat, curamus, l. Que extrinsecus, D. de verb. obligat. La beo, D. de suppellect. legat. plene Camil. Gallin. de verbor. signifi. lib. 2. cap. 6. per tot.

47 **NOMEN** essentiam rei probat, notauimus supr. lit. E. num. 67. Inde Nomine si priueris, nec rem habere mereris,

N communium iuris. 331

l. Tutelas, D. de cap. dimin. Socin Barbat. Alb. & alij, quos refert, & sequitur Nicol. Moron de treug. & pac. q. 75. n. 7.

NOMEN bonum melius est, 48 quam dicitur multa, notauimus supra, lit. F. n. 105.

NOMEN que turpe sinistram habet suspicionem: sicut è contra pulchrum, & honestum, prohibetis, honestatis que indicium præferre, tradunt, DD. in capitulo 1. de depos. Bernard. Diaz in praxi capitulo 7. vbi Salced. liter. A. plures refert Cened. ad Decretal. collect. 24. num. 3.

Vnde à nomine licet arguere, cum galis quis presumatur, qualis nominatur, secundum Menoch. de præsumpt. lib. 6. q. 30. num. 10. plura hæc de re concessit Stephan. Gravian. disceptation. forens. tom. 4. capitulo 798. numer. 14. & seq. & copiosissime Camil. Borrelle Regis Cath. præf. c. 1. per præcipuè 2 n. 8.

NOMINA rebus debent conueni 49 re, §. Et è aliqd. institut. de donat. l. Cum multa, 20. C. de donat. ante nupt. §. In reliqua, vers. Cuius auditores, & ibi gloss. verb. Iustitiam cor in proxima. Digestor.

N Axiomata, & loca,

Scat. de commer. §. 1. q. 7. p. 2. am
 pliat. 19. n. 4. & seq.

NOMINATIO rei qualitate pro
 bat, c. Michael. de fili. presb. c. Per
 tuas, de prob. Petr. Barb. ad l. Cū
 Prætor 12. §. fin. num. 243. D. de
 iudic.

*Unde contractus talis presumitur,
 qualis sunt nominatus.* Hond. cōf. 35
 n. 4. lib. 2. Men. de præsum. li. 3. q.
 105. n. 2. Anton. Monac. Flor. de
 cll. 51. num. 5.

NOMINATIVS prior, magis dile
 ctus, digniorque presumitur, diximus
 supra li. D. n. 103. & infra literis P.
 num. 169.

NON entis nulla sunt qualitates,
 l. Eius qui in prouin. ver. Quoniam
 D. si cert. pet. l. 4. §. Cōdēnatū. D.
 re iud. l. 2. D. de usufru. l. Pōponius
 §. fin. D. de acquir. poss. l. si seruū,
 §. fin. D. de actio. empt. l. Nec vllā
 §. si quis absentis, D. de pet. hær. l.
 Qui superstitis, D. de acquir. hære
 dit. l. 1. D. de hæredit. vendit. cap.
 Bonæ; de elect. cap. Ad dissoluen
 dum, de desponsat. impub. Tiraq.
 de iure primog. q. 5. §. 5. num. 10. &
 tract. de cess. caus. p. 1. num. 212.
 Gomez varfar. tom. 1. c. 1. num. 9
 & cap. 10. nu. 43. & in l. 17. Taur,
 numer. 19. vers. 1. late Remig.

tra--

N communia iuris. 332

tract. de immunit. Ecclesiast. am
 pliat. 20. a. num. 5. Thom. de Tho
 mus reg. 202. Gutier. pract. li. 3. q.
 35. n. 10. sur. decis. 316. num. 6. &
 conf. 61. n. 57. & conf. 246. n. 15.
 Brunor a Sole in locis commun.
 ver. Qualitas 9. Car. Tuf. li. Q. cō
 cl. 6. Otero in c. Gratum, n. 73. de
 affi. deleg. Escobar de ratiocin. c.
 15. n. 17. & c. 19. n. 26. Anton. Mo
 nac. Floren. decis. 56. n. 5. Ceuall.
 commu. contra commu. tom. 4. q.
 905. n. 80. Ioseph. de Sef. Arag. de
 cll. 188. n. 14. & 24. Cæsar. Argel,
 de contrad. legit. q. 4. n. 13. Mar.
 Ant. variar. lib. 1. resol. 26. num. 4
 & li. 3. reso. 48. n. 18. Steph. Grat.
 discep. foren. tom. 4. c. 767. num.
 7. & 34. & c. 796. numer. 18. Ca
 mil. Gallin. de verbor. significat.
 libr. 1. cap. 1. num. 7. & lib. 9. cap.
 7. num. 12.

*Unde ens magis in hominum me
 moria quam non ens imprimi
 tur.* Farinac. consil. 55. numer. 76,
 par. 1.

NAMQUE ex nō esse non fit ens
 vt notauimus supra pro xime nu
 mer. 43.

Et quod non est, suppleri non potest
 d. l. Eius qui in prouincia sur. con
 sil. 56. n. 7.

NON

N *Axiomata, & loca*

53 **NON** *entis, & non apparentis, idem est iudicium; pariaque sunt, rem non esse, vel non apparere.* l. Duo sunt Titij D. de testam. tut. l. In lege 77 D. de contrah. empt. l. Cum res, §. Itaque D. delegat. 1. Sur. decis. 149. num. 2. & decis. 306. numer. 13. & conf. 245. num. 13. & conf. 377. num. 23. Rot. Roman. ex collectis à Farin. decis. 167. num. 3 §. tom. 1. part. 1. Camil. Gallin. de verb. signif. lib. 4. c. 13. num. 13. Ioan. Anton. Mangil. de Imputat. q. 82. n. 8.

54 **NON** *esse, & non posse probari paria sunt, ut per Surd. decis. 149. num. 2.*

55 *Et paria sunt, non esse, vel reperiri non posse.* l. Cum vnus, §. fin. D. de bon. aut. iud. possid. notat Bal. (per illum text. in l. Cū ita, §. Species, D. deleg. 2.

56 **NON** *esse, vel esse, & non admitti, paria sunt,* loca Ant. Mang. de imputation. q. 87. n. 3.

57 **NON** *esse, vel esse nullum, paria sunt,* l. Duo sunt Titij, D. de test. tutel. l. Non putauit, §. non quatenus D. de bonor. possid. contrat. bul. Sur. decis. 51. num. 142 & decis. 222. num. 2. & conf. 28. num. 32. & conf. 359. num. 1. Flamini. de

N *Communia iuris. 333*

de resign. tom. 2. lib. 8. q. 8. num. 34. cum seq. Cald. Pereyr. de potest. eligend. c. 5. num. 8. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 15. num. 45. cum seqq. & q. 114. num. 128. & conf. 60. num. 9. lib. 1. Ioan. Mar. Nouar. q. forens. libr. 1. q. 126. nu. 9. & per totam tradit. cum multis. Giur. in consuetud. Senat. Meilan. cap. 10. gloss. 6. num. 29. & seqq. p. 1.

NON *fieri, vel non sortiri effectum paria sunt,* l. 1. §. nihil D. de inoffic. testament. l. si quis sub conditione, D. de testament. tutel. l. Ex consensu. §. 1. D. de appellat. Sur. conf. 1. num. 29. conf. 145. num. 14. conf. 359. num. 10. & conf. 380. num. 46. Mari Giur. in consuetud. Senat. Meilan. p. 1. ca. 10. gloss. 6. num. 31. *in ceteris supra adductis lit. F. num. 62.*

NON *fieri, vel ita fieri, quod factum non daret paria sunt,* l. si pro parte, §. Versum, D. de in ré ver. Anton. Monach. Bonon. decis. 40. puncto 7. num. 18. Sur. conf. 190. numer. 9. & consil. 145. numer. 14. *cum adductis supra liter. F. num. 74.*

NON *fieri, vel inutiliter fieri, paria sunt.* arg. text. in l. pen. in princ. D.

N Axiomata, & loca

D. de suis, & legit. Hæred. l. Quo-
ties (vbi glos. & DD.) qui satisd.
cog. §. sciendū, inst. de satisd. tu-
glos. ver. Inutilem, in c. 2. de trans-
lar. Prælat. Tiraq. ad leg. connub.
glos. x. p. 6. a. n. 1. Palat. Rub. in
repet. rubr. de donat. inter vir. &
vxor §. 70. num. 29. Couar. prac-
tic. cap. 7. numer. 2. vers. Est & in
hoc, Ioan. Franz. Leo in Thesaur.
forti Ecclesiast. p. 3. cap. 9. num. 12
Sur. conf. 28. num. 89. & conf. 37
num. 74. Rota Genuens. decis.
145. numer. 4. Giurb. in consuet.
Senat. Messan. cap. 8. glos. 7. n.
4. p. 1.

61 NON fieri, vel minus legitime fieri
seu aliter fieri, quam de iure debeat,
paria sunt, l. Quoties, vbi Ias. D.
qui satisd. cog. l. si autem nullū, C.
de legitim. hæred. c. Inter corpo-
ralia, de translat. Epif. c. Veniens
de præsu. non baptis. c. fin. de re-
sit. spoliat. Sur. conf. 3. n. 12. cōf.
45. n. 42. & conf. 88. nu. 16. & de-
cis. 122. n. 6. & decis. 169. nume-
12. Flamin. de resign. tom. 2. li. 1. g.
q. 7. num. 8. Valasc. de partit. cap.
8. num. 44. Brunor a Sole in lo-
cis commun. verb. Factum nume-
27. Anton. Monach. Florent. de-
cis. 26. num. 2. Thom. de Thoma-

N communia iuris. 334

set. regul. 117. in fin. & regul.
210. Ioann. Petr. Monet. in tra-
ctu. de distribut. quotid. par. 2. q.
2. num. 19. Mar. Anton. variar. li.
2. resolut. 8. num. 8. infinitos refe-
rens, Giurb. in consuetud. Senat.
Messan. cap. 8. glos. 7. num. 4. 7. &
9. par. 1.

Et non fieri, vel inualide fieri, l. Nō
putauit §. Non quæuis vbi Bar. D.
de bonor. poss. contra tabul. l. i. §.
Quod autem, vbi Bal. D. de offic.
Præf. urb. l. Quoties, vbi Ias. D.
qui satisd. cog. Sur. cōf. 3. n. 12. 28. n.
29. conf. 136. nu. 35. & conf. 157.
n. 13. Mar. Anton. variar. lib. 2. re-
sol. 11. n. 10. cum traditis supra lit.
Fann. 84.

NON posse reperiri, vel
non posse possideri, paria sunt, l. Cum
vnus, §. vlt. D. de reb. author. iud.
possid.

NON præstat impedimentum, quod
de iure non sortitur effectum, c. Non
præstat, §. 2. de regul. iur. libr. 6.
Car. Tusch. tom. 5. lit. N. conclu.
66. cum aliis adductis supra lit. I. nu-
mer. 21.

NON succedere, vel nō esse in reip̄
natura. paria sunt, l. Pater filium,
D. de inoffic. testament. l. 3. §.
Sed si sunt sui, vbi Bartol. D. de ad-
fer-

Tertulian. cum pluribus aliis,
de quibus per Tiraquel. de iure
primogen. q. 5 3. num. 16. sup. cōf.
237. n. 3.

65 NON probat hoc esse, quod ab-
hoc contingit abesse. l. Neque nata-
les, C. de probat. cum aliis quos re-
fert Sebastia. de Medic. de regul.
Iur. regul. 4. n. 10. in cōf. adductis
inf. 4 lit. P. n. 186.

66 NOSTRA omnia facimus, quibus
authoritatem nostram imparetur.
marl. 1. 5. Omnia, C. de veter. iu-
re enucle. glōf. in §. Plebiscoitum,
in ver. Consultē, in fine de iure na-
tur. gent. & civil. Gomez in l. 40.
Taur. num. 9. vers. Tertio, & in
l. 48. num. 3. Rebut, in praxi p. 32
tit. de infirm. resig. glōf. 2. nam-
3. pag. 204. Valasc. consult. 105.
nu. 63. Melch. Phœb. decis. Lufit.
28. n. 12. tom. 1. Car. Tusc. tom. 5
l. 2. n. concl. 67. Sar. cōf. 301. n.
44. & 47.

NOSTRVM quod est, infra lit. Q.
num. 31.

67 NOSTRABILIA censentur negle-
ctis, nisi specialis de eis mensio fiat, l.
Apud Labeonem, §. Hoc edictam
D. de Injur. l. Cum Prætor, D. de
Injur. §. Jul. Citaa. de iure patron
6. p. 1. n. 105.

NOTORIUM non indiget pro-
batione, licet indigeat allegatione,
vel relevans ab onere probandi, licet
non ab onere proponendi. Gloss. in
Clement. Appellanti, de appellat
gloss. in l. Emptorem, in fin. C. de
actionibus emptor. Menoch. de re-
cuper. possess. remed. 15. numer.
264. Stephan. Gratian. disceptat.
forens. tom. 5. cap. 9 25. num. 13.
Ioan. Bapt. Cost. de facti scient. &
ignor. inspect. 13. numer. 5. Mal-
card. de probat. concl. 1109. per
tot. & concl. 1253. n. 10. Cardin.
Tusch. lite. N. concl. 208 a quibus
ampliaciones, & limitaciones. si lo-
bet, repeto.

NOVA omnia placent, anth. de
Consultibus, §. Quantumcunque,
in fin. coll. 8. §. In reliquam vero,
vers. Cuius auditores, in proem.
Digest. facit l. 2. §. sed quia diutius
C. de veter. iure enuclean. Quid. de
Ponto l. 3. eleg. 4.

Est quoque cunctarum novitas gra-
tissima rerum.

Martiali lib. 1. Epigram. 109
alias libr. 4. Epigram. 2. ad Pu-
dentem.

Rara iuvant primis sic maior gra-
tia pomis,

Hiberna prætiū sic morare rosa.

N Axiomata, & loca

Et li. 10. epigram. 95. ad Clem.
alias 77.

*Vt rosa delectat, metitur, quæ pol-
lice primo:*

*Sic noua, nec mento sordida, ebarræ
iunat.*

Inde etiam Iuuen. Satyr. 1. r̄
in fin,

*Voluptates commendat rarior
r̄sus.*

Et Senec. Epist. 42. Néc est mi-
rū, aut, ex interuallo magna gene-
rari, mediocria. & in turba nas-
centia: sæpe fortuna producit. e-
ximia vero ipsa raritate com-
mendat.

70 NOVO indigent auxilio, quæ de
nouo emergunt, & in nouis, nouū est
remedium, & consilium suggerendum
nouisq; morbis noua conuenit antido-
ta præparari, notauimus sup. lit. E. n.
38. & seqq.

NOXA caput sequitur, notauimus
fra lit. P. n. 42.

71 NVLLVM quod est, nullum pro-
ducit effectū, l. 4. § Codénatū D. de
re iud. l. 1. Nō putauit, §. nō quæuis
D. de bon. poss. contra tabu. l. 2. D.
de auct. tutor. l. si aut nullū, C. de
legi. h̄gr. l. Non dubiū, C. de legib.
l. fin. C. de sentent. ex breui loc. re
citic. Illud, de iure patron. facit c.
Quod

N communia iuris. 336

Quod nullum, & cap non præstat
§ 2. de regul. iur. lib. 6. Prosequun-
tur Sur. decis. 40. num. 8. & cons. 3
num. 1. conf. 136. nu. 16. & con.
373. num. 24. Barth. Per. ad extra
uag. Ambrosiæ de reb. Eccles.
non alien. ver. Infringere n. 4. Fla-
min. de resign. lib. 7. q. 1. num. 26
Catelian. Cot. in memorab. verb.
Actus nullus. Mendez à Castio,
cum ab eo citati, in praxi Lusit. li. 3
c. 2. 1. num. 43. Cæsar Argel. de cō-
tradict. legit. q. 7. num. 146. Aloyf
Ricci in coll. decis. p. 3. coll. 626
multos referens Giur. in consuetud.
Senat. Mellan capit. 8. gloss 7. nu-
mer. 3. Et nec ius aliquod tri-
buere potest: Rota Roman. apud
Farinac. decis. § 72. num. 9. tom.
1. p. 1.

Et paria sunt nullum esse, vel esse 73
sine effectū, Sur. decis. § 1. n. 2. 1.
& 22. & consil. 3. & numer. 8.
conf. 157. numer. 13. conf. 179.
à num. 49. & conf. 381. à num. 13.
Anton. Monach. Bënon. decis. 40.
puncto 7. num. 20. Mari. Anton.
variar. libr. 1. resolut. 61. nu-
mer. 24.

Limita axioma hoc ex text. in l. 73
fin. D. de reb. cor. ex Mascard. de
probat. conclu. 1417. numer. 40.

N *Axiomata, & loca*

& multis alii adductis per Castil. controuerf. lib. 5. cap. 107. num. 22. & cap. 108. n. 3. ubi copiosissime, & infra etiam late aduertimus, lit. V. num. 185.

74 **N**ULLVM ipfo iure non præstat impedimentum, l. 4. §. Condemnatam, cum ibi notatis, D. de re iudic. cap. Considerauimas de elect. cap. Qui contra ius, & cap. Non præstat § 2. de reg. iur. lib. 6. Cardin. Tusch. tom. 5. liter. N. cōclu. 140. Præsertim quatenus tertii præiudicium concernit, Vanti, de nullit. in rubr. Quoties, & intra quod tempus, & num. § 3. quem adducit Mar. Anton. vatiar. lib. 2. resolut. 18. num. 7.

75 **N**ULLVM ab initio, ex tempore non conualescit, capit. Quod sicut, de elect. cap. Non firmatur, 18. de regul. iur. lib. 6. l. Quod in initio, D. cod. tit. Car. Tuf. tom. 5. lit. N. concl. 142. cum seq. Tho. de Thomalet. reg. 255. ubi intelligit, quando ab initio actus omnino invalidus erat.

76 *Amplius etiã favore animæ, Fr. Molin. de ritu nuptiar. lib. 1. cap. 12. num. 13.*

77 *Limita in actu conditionalis, Petr. Barbof. in l. 1. D. soluto*

N *communis iuris. 337*

soluto mat. part. 2. numero 96.

Limita etiã ex his quibus Senator. 78. 27. D. de ritu nupt.

NULLVM aut inutile ab initio, 79. *ex euentu non confirmatur, l. si tuto ris, D. quod iustu.*

NULLVM quod est, confirmari non potest, cap. fin. (& ibi scrib.) de confirmat. vtil. vel inutil. tex. & ibi glos. & scrib. in capit. Quia diuersitatem, de concess. præben. Menoch. conf. 361. num. 19. S. r. de aliment. tit. 8. priuileg. 22. num. 34. & decis. 53. num. 11. & decis. 289. num. 4. Molin. de Hispan. priuileg. lib. 2. c. 7. num. 7. Cald. Pereir. De potest. nomin. in respons. pro Duce Pastrana, vers. Quæ sententia, Bernard. Græue ad præf. Camer. Imperial. lib. 2. conclus. 1. numer. 32. cum seqq. Confirmatio namque super ad id, quod validum est, refertur, Sura' dict. decis. 289. numer. 8. & seqq. Molin. & alij dict. locis.

NULLVM quod est ab initio ipso iure ratificari non potest, glos. vltim. in cap. Cum nos, de his, quæ fiunt à Prælat. Tiraq. in l. si vnam, verb. Reuertatur, nume.

N *Axiomata, & loca*

415. C. de reuoc. donat. Rot. Roman. ex collectis à Farinat. decisio. 492. numer. 9. & de ciffion. 535. numer. 11. tom. 2. par. 1.

82 NVLLVM quod est, rescindi non potest, l. Nam & si sub conditione, D. de iniust. rupt. irrit. que fact. testament. l. Obligare §, Tutor, D. de auctor. tutor. l. si tutor, C. in quibus caus. in integ. restit. non est necess. c. Ad dissol. uendum, de desponsa. impub. sur. cons. 5. num. 58. cons. 73. numer. 77. consil. 114. num. 9. & con. 160. num. 61.

83 NVLLA, & non facta parificatur, cap. Proueniens. de fil. præsb. DD. in cap. In præsentia de prob. Flam. Paris. de confident. q. 46. num. 30. in uclis traditis supra, lit. F. num. 28.

84 NVLLVM enim quod est, nihil est, l. 4. §. Condemnatum, D. de re iudicat. Alexan. consil. 33. in princ. volam, 1. Franc. Becci. consil. 12. num. 54. quos refert Mar. Anton. variar. libr. 1. resolut. 78. num. 10.

85 NVLLVM non esse, vel de nullitate opponi non posse, paria sunt

N *communis iuris.* 338

sunt, notatum est supra liter. A. numer. 168.

NVPTIAS non concubitus, 86 sed consensus facit, l. Naptias 30. D. de regul. iur. l. Cui fuerit 15. D. de condit. & demostat. l. Consensus 8. & l. iubemus 11. C. de repud. auth. quibus mod. natur. fili. effie. legitim. §. Illud quoq; col. 6. l. Sufficit 4. D. desponsalibus cap. Non locum 14. extra cod. tit. cap. sufficiat 2. q. 2.

O

OBLIGATIO verborum verbis tollitur, l. Nihil tam naturale, 35. D. de regul. iur. cum aliis notatis supra, liter. N. num. 10.

OBLIGATIO omnis solutione eius, quod debetur, tollitur, princ. institut. quod mod. tollit oblig. l. Verborum obligatio, 107. D. de solution. Sur. consil. 150. num. 96. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. c. 675. num. 36. Car. Tuf. liter. S. concl. 340. Carol. de Graf. de except. except. 25. numer. 6. Pyrrh. Maur. de solut. capit. 54 per tot.

O Axiomata, & loca.

Inde Quid. Amorum lib. 1. E. leg. 10.

88 *Omnia conductor soluit, mercede soluta,*

Non manet officio debitor alle-

Limitat axioma Pirr. Maur. v-

bi proxime à num. 2. cum seq. in solutione reuocabiliter facta, vel cum conditio, aut reservat. o solutioni apponitur.

4 **OBLIGATIO est mater actio-**
nis, l. Licet, §. Ea obligatio, D. de procurat. princ. instit. de ver. obligat. & princ. instit. de actionibus, Sur. conf. 1. 50. num. 99. & consil. 2. 56. num. 14. Stephan. Gratian. discept. foren. tom. 4. capit. 69. 1. num. 2. 5.

5 **OBLIGATIO semel extin-**
cti non reuiscit, l. Qui res §. Aream, D. de solut. l. Eius qui, §. final. D. de iure fisco. Tiraquel. in l. si unquam verb. sul. perit liberos, numer. 19. 1. §. final. C. de reus. donat. surd. c. c. fil. 18. nu. 10. Nos de privileg. pauper, & miserab. person. p. 1. q. 16. nume. 1. & seq.

6 *Limita in obligatione naturali, vel legali, Alexand. in l. si, cum dotem, §. 1. numer. 7. D.*

O communia iuris 339

soluto: matrimon. Tiraquel. in l. Boites, §. Hoc sermone, l. mit 9. numer. 4. Mari, Giurb. con sil. c. min. 99. num. 18 & 23. mul tos, referens, & Nos vbi supra nu men 3.

OBSCURE respondere, & nihil respondere, paria sunt, l. De ata- te 12. §. Nihil interest, D. de in- terrogat. a. Nonibus, Stephanus Gratian. disceptationū foren- tom. 4. c. 639. num. 19. & 20. Fa- ciunt notata per soan. tom. 1. com- mu. l. opin. lib. 7. tit. 19. nu. 139 vbi Bellacomb. num. 285. Anton. Del Re. Tib. in tract. de iuram. ca lum. c. 14. n. 7.

sic pariter obscure, aut confuse ex primere, & non exprimere, paria sunt, l. Ea quæ, §. fin. D. de contrah. emp. l. Tenet, §. final. D. de actionibus empt. Franc. Bec- ci, consil. 106. num. 11. Sur. con- sil. 15. num. 34. & consil. 377. nu- mer. 22.

OCCASIO capienda est, l. Ca- pienda 16. §. D. de regul. iur. Horati. Epistol. lib. 1. Epist. ad Bu latium.

Tu quancunque Deus tibi fortu- nauerit horum, Grata same manu, &c.

O Axiomata, & loca,

OCVLVS impudicus, impudici cordis est nuntius, cap. Nec solo, 3: 2. q. 5.

7 OCVLVS certior est aure, & magis veritas oculata fide, quam per aures hominum animi: infingatur, s. sed cum magis instit. de gradibus cognat. Senec. Epist. 6. In rem presentem, ait, venias oportet. Primum, quia homines amplius oculis, quam auribus credunt. Horat. de art. Poet:

*Segnius irritant animos demissa
per aures,*

*Quam quae sunt oculis subiecta
fidelibus,*

Et alibi.

Certior aure arbiter est oculus.

*Magisque in credula sunt hominum
aures, quam oculi, ut dicitur apud,
Herodot. 1. & Luctanum libello
de falsatione. Aurès hominibus per
suadent minus, quam oculi. Plus
enim (ut Arist. inquit) perse est, auditus
per accidens. Inde dispositio clara
dicitur, quae oculis cernitur, & non mente,
Anton. Monac. decis. Flor. 46.
num. 86. Ocularisque inspectio excellens
prima probatio est, Afflict. dec.
23, num. 6. Nat. cons. 23, numer.
13. late Mascari. de probation. volum.
1. q. 8. num. 1. & q. 17. numer.*

O communia iuris. 340

mer. 8. Ioseph. de Sess. Aragon. decis. 112. num. 12. Et vt Plautus Truculento, ait: Pluris est oculus testis vnus, quam aariti decem. Quae de re copiosissimo Far. pra xi crim. q. 69.

ODIA sunt restringenda, & fauores ampliandi, l. Cum quidam, D. de liber. & posthum. capit. Renouantes 2. distin. cap. Odia 15. de reguliur. libr. 6. c. Ne aliqui, de priuileg. eod. lib. Ioseph. Aldret. de Religios. disciplin. tuend. lib. 2. cap. 14. num. 6. Ioann. Petr. Monet. de distrib. quotid. p. 1. q. 10. tit. 1. Ioseph. de Sess. Arag. dec. 18. num. 102. & decis. 45. num. 27. Sur. consil. 365. nume. 25. Ioann. Anton. Mangil. de imputat. q. 6. num. 6. & q. 52. num. 19. Thom. de Thomaset. in floribus legum regul. 209. vbi procedere dicit, quando aliquid est omnino odiosum.

Ecclesia tamen fauore, non restringuntur, sed ampliatur, vt per Marc. Anton. Genuens. in practicab. Ecclesiastic. q. 541.

Limita etiam publica utilitatis fauore, l. Quemadmodum, C. de agricol. & censit. libr. 12. l. 1. §.

O *Axiomata, & loca*

l. Qui crimen, C. qui accus. non
possi. capit. postulasti, de cleric.
excom.unic. episcopus text. in au-
th. Omnes peregrini, C. com-
muni. de saccef. & in l. 30. titul. 1.

P *Axiomata, & loca*

part. 6. & ibid. Greg. Lop. inver.
Mismo. Bartol. Pere. ad extrauag
Ambitiosa, de reb. Eccles. non a-
lien. verb. Illis exceptis, num. 8.
Ioann. Langlæ, semestri libr. 7.
capit. 15. Radamantis legem il-
lam recensens, de qua apud Aristor.
Ethicor. 5.

*Si quod quisque facit, idem pati-
tur & ipse,*

*Id iustum fiet denique iudi-
cium.*

Inde Senec. in Hercul. parente
acto 2.

Quod quisque fecit, patitur.

Iustamque scuitiam, quam Pha-
laris in Perillum (noni scuitissimiq;
tormenti inuentorem, vt primus illud
experiretur) exercuit; appellauit Pli-
nius d. 34. natur hist. c. 8. vbi ita. Pe-
rillum nemo laudat, scuitiore Pha-
laride tyranno, cui taurum fecit,
mugitus hominis pollicitus, igne
subdito, & primus eum expertus
est cruciatum, iustiore scuitia:
*Quod saepe refert factum Ouid. de
art. aman. li. 1.*

*Et Phalaris tauro violenta mem-
bra Perilli*

*Torrens insulæ, imbuat anthor
opus,*

*Item de Perillo ad Pha-
la*

P *communis iuris. 388*

laridem inuentionis prauitum pos-
sentem, ait.

*Da praeor ingenio munera digna
meo,*

*Dixerat, At Phalaris, poena miras
de repertor*

*Ipse tuum praeseus imbue dixit
opus,*

Et in Ibin.

*Vtque ferox Phalaris (linguaprin-
ense refecta)*

*More bonis Pap ho clausus in ar-
gemas.*

Et Tristium li. 5. Eleg. 12.

*Vtque dedit iustas tauri fabrica-
tor abens:*

*Sic ego do panas, artibus ipse
meis.*

Iustum que Det. O. M. in Adoni-
bezech impiissimum Regem iudi-
cium, Sacra pagina refert, Iudicium
cap. 1. in haec verba: Fugit autem
Adonibezzech, quem persecuti cõ
prehenderat, celsis summitati-
bus manuum eius, ac pedum. Di-
xitque Adonibezzech. Septuagin-
ta Reges amputatis manau, ac pe-
dum summitatibus colligebant
sub mēsa mea ciaorũ reliquias, sũ
cut feci, ita reddidit mihi Deus.

Et in Haman de quo Ester cap. 7.
concludit; Suspectus itaq; est Hamã

P *Axiomata, & loca*

in patibulo, quod parauerat Mar-
docheo. Inter quos non pudes se-
pientissimi Senecae panderosif-
simam, memoriaeque dignissi-
mam sententiam referre, qui in
proxima ad decimum librum
controuers. ita ait: Sunt Dii im-
mortales lentiqueidem, sed certi
viadices generis humani, & mag-
na exempla in caput inuicentium
regerunt: ut iustissima patibedi-
ce, quod quisque alieno ex cogi-
tauit supplicio, saepe excipiat
suo. Nullamque aquirem le-
gem esse proficitur Ouid. de arte
aman. lib. 1.

*Nec enim lex aqutor ulla est,
Quam necis artifices arte perire
sua.*

Multos inde, quibus propriae leges
pocumento fuerat, recensent Aelian.
var. hist. lib. 13. c. 24. Valer. Maxi.
videndus omnino lib. 8. c. 6. Quidq;
quius excogitari, quia iustias po-
test? Quintilianus declam. 11. ait
Grassatus aliquis est ferro: pra-
beat ipse ceruices. Miscuit uoxiu
virus: refudatur in suum facinus
antorem. Oculos rapuit, effo-
dit: reddat de sua cecitate so-
latium.

P *PILLVS, & Eccl. 8. aqur*

P *communia iuris 389*

parantur, notauimus supra, lit. A. n.
5 to. cum duobus, legq.

P *URI, & purificati par est condi- 248*
tio, l. fin. §. 1. D. de vul. & pupil.
subst. Cast. controuerf. II. §. p. 2-
6, 119. num. 8.

Q

Q *VALIS, vir, talis oratio, & c. 8*

tra, l. vnic. C. si quis Imperat.
maledixit, l. His, §. 1. D. de
tutor. & carat. dat. ab hts, l. Apud
Labeone, 7. §. Id Tubero, D. de
supplect. leg. Bal. in rub. de testi-
bus, & attestat. o. 2. ubi illud vul-
gare refert: Loquere, & cognoscam te,
Tiraq. in l. Si vnquam verb.
Tibertis o. 17. & 18. ubi illud Enan-
gelij adducit: Loquela tua te ma-
nifestum facit. Mascard. de probat.
conclus. 1254. numer. 109.
Menochi. de praesum. p. tionibus,
li. 1. q. 22. nu. 2. Eleganter Senec.
de moribus: Qualis vit, talis oratio
& epist. 114. Qualis hominibus fuit
oratio, qualis vita. Quemadmodu
antem vnus cuiusq; actio dicen-
ti similis est: sic genus dicendi ali-
quando imitatur publicos mores.
Si disciplina ciuitatis laborabit,
& se in delicias dedit, argumetur est
luxuria publice orationis lasciuia
sim.

Q *Axiomata, & loca*

simodo nō inuuo, aut in altero fuit
sed approbata est, & recepta. Nō
potest alius esse ingenio, alius ani-
mi color, *& ibi*. Itaq; vbi cūq; vide-
ris orationē corruptā placere ibi
mores quoq; à recto descluisse, nō
erit dubiū, *& ibi*. Iracūdi hominis
iracūda oratio est, cōmoti nimis,
incitata delicati, tenera, & fluxa,
Dep. ii. 5. Ora. ait, vultus animi est
sicut cūtōsa, & fucata, & manufacta
ostendit illū quoque nō esse sine
rū, & habere aliquid fracti. *Aliaq;
in id iūge ex notatis infra, li. V. n. 5*

QUALITAS stare nō potest sine
*subiecto, l. 4. §. fin. D. de actionem
pt. l. fin. D. de coll. bonor. l. Nullā,
§. Si absentis, vbi Ang. D. de peti-
hæred. l. Pomponius, §. fin. vbi A-
retin. in prin. D. de acqu. poss. §.
Ideo autem, in st. de seruit. rustic.
prædior. prin. in st. de vsufr. Gome-
mez in l. 17. Taur. n. 19. vers. Pri-
mo sur. con. 34. n. 13. cons. 246-
n. 6. con. 304. n. 3. & con. 305. nu-
67. Steph. Grat. discep. fore. tom
4. c. 700. n. 49. & tom. 5. c. 854. n.
51. Casill. controuer. li. 5. p. 2. c.
368. n. 50. & 51. plene Sebaf. de Me-
dic. de reg. iur. reg. 6. pert. *sūctio
notatis supra li. A. n. 47. cū duobus
seq. & li. N. n. 52.**

Q *communis iuris. 390*

QUALITAS facilius datur,
quam substantia, Menoch. consil.
93. num. 15. Sur. decis. 222. num
71. & consil. 535. num. 10. *cum
aliq; quos refert Stephan. Gra-
tian. disceptat. forens. capit. 306.
num. 34.*

Et facilius praesumitur qualitas,
*quam substantia, vt per Sur. de ali-
ment. tit. 8. priuileg. 56. nume. 96.
& 97. & consil. 322. numer. 710.
Mascar. de probat. tom. 3. concl.
1254. num. 6.*

Et facilius probatur, *quam sub-
stantia*, glos. in l. Talis scriptu-
ra, verb. Vniuersa, D. de legat. 1.
Natt. consil. 3. numer. 21. consil.
102. numer. 3. & consil. 485. num.
11. Cephal. consil. 170. numer.
24. & consil. 297. numer. 10. Sur-
consil. 168. nume. 7. & consil. 268-
num. 11. Mascar. de prob. concl.
1254. num. 5.

QUALITAS non praesumitur,
*quia non praesumuntur accidentia, l.
Si vero, §. Qui pro rei qualitate
& ibi glos. D. qui satisd. cog. Me-
noch. consil. 1. num. 121. & de præ-
sump. l. 1. q. 24. n. 53. & li. 3. præ-
sum. 40. n. 11. Mascar. de prob. d.
tom. 3. concl. 1254. vbi plenissime cū
notatis supra, li. I. n. 90.*

Q Axiomata, & loca

Limita in qualitate naturalis, aut qua naturaliter inest, qua adesse presumitur. glos. in c. si forte, de elect. in 6. Mascari. d. concl. 1254. n. 85. Menoch. de presumpt. lib. 1. q. 13. numer. 3. Nos de privileg. pauper, & miserab. person. p. 1. q. 5. num. 27.

QUALITAS rei mutatur, mutatione personae. l. Paulus, aliis, l. Per procuratorem, 90. D. de adquir. haered. l. fin. in fin. C. de inoff. test. cum adductis supra, lit. M. num. 116.

QUALITAS nova adueniens enti, in diuersam naturam, & speciem illud reponit, §. Praeterea, inst. de inutil. stipulat. cap. Cum Marthe, §. Quæsiisti, de celebr. missar. c. statutum, de elect. li. 6. Hipp. lingu. §. 20. incip. Qualitas, Menoch. conf. 35. n. 13. & de interd. recuper. possess. remed. 6. num. 8. Sur. decis. 2. & con. 179. num. 40. con. 202. num. 8. con. 321. nu. 12. & seq. con. 362. n. 13. & conf. 366. num. 23. Stephan. Gratian. dissect. forens. tom. 5. c. 854. num. 52. & c. 936. numer. 24. Mangil. de imputat. quaest. 176. num. 4. Scacc. de commercio, §. 7. glos. 5. num. 159.

Q communia iuris. 391

Et qualitas adueniens enti, non mutat substantiam, sed naturam, Brun. de augment. in 3. quaest. princip. num. 7. Cardin. Tusch. tom. 1. lit. A. conclu. 82. num. 12. Mutatione enim qualitatis, rei substantia non mutatur, l. Si fundus, §. Si res, D. de pignor. §. Minus, inst. de haered. quæ ab intest. de fer. Sebast. de Medic. de regul. iur. regul. 6. num. 5.

QUALITAS adiuuncta verbo, intelligitur secundum tempus verbi, l. In delictis, §. Si extraneus, D. de noxal. actio. l. 1. §. Tutoris, D. de testam. milit. cap. Si eo tempore, de rescrip. in 6. cum alijs, de quibus per Mohed. decis. 23. nu. 1. de præb. Menoch. consil. 107. num. 22. & de interd. recuper. possess. remed. 16. num. 23. & de presumpt. lib. 4. præsum. 31. nu. 17. Surd. de altim. tit. 9. quaest. 23. num. 5. & consil. 335. num. 20. consil. 375. num. 37. & conf. 455. num. 5. Auend. ad l. 44. Taur. glos. 15. num. 2. Flamin. de resig. tom. 1. lib. 1. quaest. 11. num. 10. Gonçal. ad regul. 8. Cancel. glos. 43. num. 143. Brunor. à Sole in locis communum, verb. Qualitas, num.

Q *Axiomata, & loca*

num. 23. Cardin. Tusch. tom. 6.
lit. Q. conclus. 9. Trentacing.
variar. lib. 1. tit. De legitima, re-
solut. 2. sub num. 7. vers. Secun-
do qualitas, Girond. de privileg.
explis. num. 290. Ioan. Petr. Mon-
net. tra&. de distribut. quotidian.
part. 1. q. 9. n. 38. Aloyf. Ricci. in
praxi rer. fori Ecclesiast. resolut.
268. num. 2. in 2. edit. Pichard.
ad §. Proximus, num. 2. in lit. de
legit. agnator. succes. Franc. Gal-
ganet. in margarit. casuum con-
scient. verb. Qualitas, Stephan.
Gratian. discept. forens. tom. 5.
cap. 976. num. 14. Mangil. de im-
putat. q. 77. num. 83. & q. 183.
num. 2. Ouid. de Amic. de iure
emphyt. q. 92. nu. 5. Nicol. Garz.
de Benef. p. 7. cap. 1. nu. 58.

¶ 4 *¶ Et tamen axioma hoc versificetur,
tempore verbi actus, & non habitus
solum intervenire qualitas debet,
Rota Roman. apud Farinac. de-
cis. 496. u. 2. tom. 2. p. 1.*

¶ 5 *Limita, etiam respectu persone,
cuius favore sapè qualitas iuncta
verbo, non intelligitur secundum
tempus verbi, Menoch. de præ-
sumpt. lib. 4. præsumpt. 81. num.
18. & consil. 227. num. 60. ponde-
rans inducensque in id casuum text.*

in

Q *communis iuris. 392*

in cap. vlt. §. Item opponitur, 23.
q. 2. & in c. Raynuntius, de testã.

QUALITAS *dispositionis vbi* 16
desist. desistit ipsa dispositio, gl. in
l. Mancipia, verb. Auocandum, C.
de seru. fugit. Fului. Pacian. de
probat. lib. 2. cap. 14. num. 8. Cam-
mil. Gallin. lib. 4. de verbor. sig-
nific. cap. 9. num. 9. Menoch de
præsumpt. lib. 6. q. 15. num. 47.
Mari. Antonin. variar. lib. 1. resolu-
lut. 82. num. 1. Surd. consil. 400.
nu. 16. & consil. 514. num. 8.

QUALITATES *non entis, nul-* 17
la sunt, diximus supra lit. N. n. 52.
& seq.

QVAE *ab initio sunt volunta-* 18
tis, expositio factio sunt necessitatis, l.
Sicut, C. de action. & obligat. l.
In commodato, §. Sicut, D. com-
mod. l. si quis argentum, §. Cum
enim, C. de donat. cum adductis
supra lit. C. num. 188.

QVEM *de evictione tenet actio,* 19
eu. idem agerem repellit exceptio,
vide supra, lit. E. nu. 91. cum duo-
bus seq.

QVOD *differtur, non aufertur,* 20
notavimus supra liter. D. nume-
ro 99.

QVOD *potui, nolui, quod volui, ad* 21
im. pite negatus, l. 3. in fi. vbi gl. C.
de con.

Q *Axiomata, & loca,*

contrah. & commit. stipulat. l. Multum interest, vbi glos. C. si quis alteri, vel sibi, cap. Cum super, 2. 3. in fi. de offic. deleg. 8.urd. conf. 251. nu. 36. Cardin. Tusch. lit. B. conclu. 133. num. 1. Hon. ded. consil. 55. nu. 81. lib. 1. Stephan. Gratian. discept. forensito. 5. capit. 809. num. 12. Achil. de Graf. decif. 17. in fin. de rescript. vbi declarat, Quid. de Amic. de iure emphyt. q. 79. num. 9. Cost. de fact. scient. & ignor. inspect. 51. num. 10. Hierony. Magon. decif. Florent. 2. num. 14.

23 **Q** *UOD tibi non vis, alteri ne facias, l. Multum interest, 6. in fin. C. Si quis alter. vel sibi, l. Iustitia, D. de iustit. & iur. 5. Juris præcepta, verb. Alterum non ledere, & ibi glos. insit. eod. tit. & ibi Pichard. num. 30. vbi quod non leditur alter, si id, quod nobis fieri nolumus, alteri quoque non faciamus, per capit. Placuit, de maiorit. & obed.*

25 **Q** *UOD quisque iuris in alium statuerit, ipso iure viatur, l. 10. D. quod quisque iuris, Cardin. Tusch. tom. 6. lit. Q. conclu. 49. Nec potest in alio reprobare, quod in se approbat, l. In arenâ, C. de inoffic. test.*

cm

Q *communis iuris. 393*

cum adductis supra, lit. M. nu. 111.

Q *UOD semel placuit, amplius displicere non potest, cap. Quod semel, 21. de regul. iur. lib. 6. 8. Semel causa, instit. quib. ex caus. manent non lic. Cardin. Tusch. tom. 6. lit. Q. conclu. 48. Thom. de Thomafer. regul. 266. Ioan. Mar. Nouar. quaest. forens. lib. 1. q. 68. num. 10. vbi notat supra. lit. A. num. 291.*

Q *UOD in utilitatem est introductum, non debet in odium retorqueri, diximus supra lit. F. num. 111.*

Q *UOD alicui gratiosè concessum, trahi non debet alijs in exemplum, l. Quoniam, C. de Episcop. & Cleric. cap. Quod alicui, de regul. iur. in 6. Thom. de Thomafer. regul. 256. vbi procedere ait, quando alicui gratiosè aliquid est concessum à Principe, secus si à iure communi sit concessum: Vel intelligio de privilegio.*

Et quæ à iure communi exorbitant, in consequentiam trahi non debent, cap. Quæ à iure communi, 28. de regul. iur. lib. 6.

Q *UOD de iure denegatur, de alio concessum esse videtur, l. Cum prætor, D. de iudic. l. Ait prætor, 7. 5. Sed quod Papinianus, D. de minor,*

minor,

Q Axiomata, & loca

in. nor. cap. Qualis. 25. dist. cap.
Nonne, de præsumpt.

29 *Et è conuerso quod de vno conce-
ditur, de alio negatur, l. Maritus, C.
de procurat. l. Cum ita in fin. C.
de conlit. & demonst. d. 5. Sed
quod Papinianus, de cap. Nonne,
Thom. de Thomaset. regul. 257.
vbi procedere asserti, nisi correctio,
vel absurdum sequatur.*

30 *QVOD nostrum est, sine facto
nostro alterius fieri nõ potest, l. Quod
nostru, D. de regul. iur. Menoch.
de præsump. lib. 5. præsump. 47.
nu. 14. Thom. de Thomaset. re-
gul. 163. vbi procedere asserti, nisi
auctoritate legis alterius fiat.*

31 *QVOD quis mandato iudicis
facit, dolo facere non videtur, l. Non
videtur, 128. 6. Qui iussu, D. de
reg. iur. cap. Quod quis, 24. eod.
tit. lib. 6. Tiraq. de pœn. temp.
causa, 34. num. 4. & causa, 35. nu.
1. Grammat. decis. 36. num. 81.
cum seq. Capic. decis. 132. Farin.
in praxi crim. p. 3. q. 89. nu. 126.
& q. 97. num. 109.*

32 *QVOD omnes tangit, debet ab
omnibus approbati, h. 1. & l. fin. in
fin. C. de auctorit. præst. l. In con-
cedendo, 8. D. de aqua plu. arc. 1.
l. Per fundum, 11. D. de seruit.
rustic.*

Q communia iuris, 394

rustic. præd. c. Quod omnes, 29.
de reg. iur. in 6. Quid. de Amic.
de iure emphyt. q. 95. num. 5.

*Limita, & intellige in his, qua om-
nes vt singulos, & specialiter tan-
gant: secus vt vniuersos & in com-
muni, quia tunc maioris partis con-
sensus, aut approbatio sufficit, iuxta
textum in c. 1. De his, quæ sunt
à maiore parte capit. Ita glos.
Dyn. & communiter DD. in dict.
c. Quod omnes tangit, glos. 1. in
cap. Cum omnes, de conlit. vbi
Deci. nu. 5. Feltn. à nu. 15. Duen.
regul. 295. Salced. ad Bernard.
Diaz, regul. 449. Garc. regul. 95.
num. 4. Anton. Gomez variar.
tom. 2. cap. 3. num. 14. Azebed.
ad Cur. Pisan. lib. 2. cap. 14. lit. B.
Padilla in l. Aquam, nu. 3. C. de
seruit. nouissime (quod post hæc scripta
ad manus meas peruenit) Angust.
Barbos. in collect. ad d. reg. Quod
omnes, nu. 2. per quæ nu. seq. alios
huic axiomati intellectus vide. Con-
dauonq; tradita supr. lit. F. nu. 89.*

R

*RATIO naturalis vim legis ha-
bet, l. Cum ratio, D. de bon.
damnator. l. Scire oportet, 5.
Sufficit, D. de excusat. tur. Cald.
Pereir.*

R Axiomata, & loca

Peregr. de empt. & vendit. cap. 11
 num. 7. *Et allegari pro lege potest,*
 dist. 1. Scire oportet, §. Osequens,
 vers. Sufficit, D. de excusat. tu-
 tor. cap. Frustra, dist. 8. Surd. de
 aliment. tit. 1. q. 28 num. 7. *Et ubi*
ratio naturalis adest, legem quarere:
est infirmitas intellectus, non animus
 lit. L. num. 9. *& infra proxime, hac*
 ead. lit. num. 16. & 27.

RATIO attenditur magis quā
dictum, l. Cum pater, §. Dulcissi-
mis, D. delegat. 2. l. Tegula, §. Li-
cet, D. de iur. & fact. ignor. Adi-
gere, §. Quamuis, D. de iure pa-
tronat. l. Milites prohibentur, &
l. Milites agrum, D. de re milit.
 l. Nomen, in fi. D. delegat. 7. *Qua*
in id iura adducit Camill. Gallin.
 de verb. signific. lib. 5. capit. 11.
 num. 2. Brunor à Sole in loci
 com. manib. verb. Ratio. 2.

Et ratio disponit de dicto, non de
etum de ratione, Decian. consil. 47
 num. 118. ad mod. lib. 1. Vinoc.
 Fusar. de subtit. questio. 67.
 num. 5.

Et attenditur magis quam verbi
 Tiraquel. in l. Si unquam. verbi
 Libertis, num. 47. C. de reat.
 donat. Menoch. consil. 998. nu.
 Vincat. Fusar. dist. 728. & qua

R communia iuris. 395.

480. num. 40. Surd. decif. 19.
 num. 1. *cum notatis infra proxime;*
 num. 12. & 13.

Et omne dictum à sua ratione re-
gulatur, dist. 1. Cum pater, §. Dul-
cissimis.

Per rationemque ampliatur, &
limitatur, l. Vnum ex familia, §.
fin. D. delegat. 2. dist. 9. Dulcissi-
simis, l. Si is qui animo, D. de ad-
quir. possess. ubi glof. Iaf. in l. Id
quod, num. 7. D. delegat. 1. Surd.
consil. 67. num. 20. cum seq. Rota
Roman. apud Farin. decif. 10. nu.
2. tom. 1. p. 1. plenissime Camill.
 Gallin. de verb. signific. dist. lib.
 5. cap. 11. nu. 4. cum seq. & cap.
 13. per tot. eod. lib. & cap. 14. &
 16. Surd. de alim. tit. 1. quest. 44.
 num. 15.

RATIO exemplis est anteponen-
da, cap. fin. dist. 9. Quia exemplis
non est indiscandam, sed legibus, vt
supra dictum est, lit. E. num. 106.

RATIO est anima legis, l. Cum
 ratio. l. de bonis damnator. Ioā.
 Frac. Leo. in Theaur. fori. Eccle.
 siast. p. 2. cap. 9. nu. 136. Barthol.
 Pere. ad extrauag. Ambitiosus. de
 reb. Eccles. non alien. in initio
 text. num. 41. Camill. Gallin. de
 verb. signific. lib. 5. cap. 11. nu. 30.

Ioan.

R Axiomata, & loca

Ioan. Mari. Nouar. quæst. forens.
lib. 1. q. 744. num. 12.

*Et sine ratione non est lex, capit.
Consuetudo, dist. 1. cap. Erit au-
tem lex, 4. dist. cum adductis lit. L.
num. 42. & seq.*

- 9 *Pro ratione autem legis, sola eius
voluntas reputatur, §. Furtiux,
instit. de vsucap. glos. ordin. in l. 1.
§. Initium, verb. Ratus, D. de pos-
tul. l. Quia poterat, D. ad S. C.
Trebel. §. Sed quod Principi,
instit. de iure natar. gent. & ciuil.
glos. fin. in l. Filio pater, D. de leg-
gat. 1. pleno Angutan. de legib.
lib. 1. controuerf. 4. per tot. Inde
vulgatam illud:*

*Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione
voluntas.*

- 10 *Et qualiter, & in quo ratio, volun-
tas, & intellectus differant, tradit
Mari. Giurb. in consuetud. Senat.
Messan. cap. 6. glos. 7. num. 2.*

- 11 *ET RATIO legis ubi militat, ibi
lex loquitur, disponit, ipsamque re-
gular legem, Cardia. Tusch. tom.
6. liter. R. conclusion. 31. &
32.*

- 12 *RATIO legis magis, quam dis-
positio attenditur, verbis que præfer-
tur, Surd. decis. 19. nu. 1. cum ad-
ductis supra proxime, nu. 4.*

Pro.

R communia iuris. 396

*Proprietatisque verborum præua-
let, & ab ea facit recedere, Bald.
(per illum text.) in l. Si feruus
legatus, §. Quicumque, D. dele-
gat. 1. notabile dicit Vincent. Ca-
rot. singul. 649.*

- RATIO ubi est eadem, debet es-
se eadem iuris dispositio, l. Illud, D.
ad leg. Aquil. l. Si postulauerit,
§. 1. D. ad leg. Iul. de adulter. l.
Quidam nūmularios, D. de edéd.
J. Nauta, §. fin. D. de naut. caup.
& stabul. l. A Titio, D. de verb.
oblig. l. Illud, C. de Sacros. Eccl.
§. Pariratione, instit. quid. mod. ius
patr. potest. soluit. iuncto, §. Si
igitur, instit. quod cum eo, Thom.
de Thomaset. regul. 199. Surd.
conf. 301. nu. 19. & decis. 52. nu.
10. Trentacinq. variar. lib. 1. tit.
de statut. resolut. 1. sub nu. 2. §. 1.
Farinac. in praxi crimin. p. 7. in
fragm. lit. E. num. 51. cum seqq.
Cæsar Argel. de cōtradict. legit.
9. 10. num. 115. Portol. in tract. de
confortib. & fideicom. legal. cap.
5. n. 14. Vgolin. de offic. & potest.
Episco. cap. 13. §. 27. nu. 1. vers.
Quid igitur, & cap. 49. §. 4. nu. 2.
alios referens Giurb. in consuetud.
Senat. Messan. capit. 6. glos. 1.
num. 13.*

Lim.

R Axiomata, & loca

35 *tituta in statutis iuris correctio-*
rijs, Portol. dict. tractat. capit. 6.
num. 15.

36 *Et ubi est eadem ratio eandem di-*
ct legem adesse, non extensius, sed
comprehensius (ex text. in dist. 1.
Illud, C. de sacros. Eccles. l. Hic
solis, vers. Satis etiam caute pu-
tamus, C. de reuoc. donat. l. Item
veniant, §. Ait senatus, D. de pe-
tit. heredit. & Titiaq. plura addu-
cente in l. Si vaquam, verb. Liber-
tis, num. 45. & 46. C. de reuoc.
donat.) resolu: Gonçal. ad regul.
8. Cancel. §. 7. proem. num. 105.
Rebus. in comment. ad tit. D. de
verb. signif. ad l. In lege censoria,
203. §. Itemque de feruis, vers.
Colligitur ex hoc tex. pagin. ml.
hi 647. Surd. decif. 276. num. 8.
Gutier. (cum multis per eum ad-
ductis) practic. lib. 3. quest. 17.
num. 84. cum sequent. Giurb.
dict. cap. 6. glos. 1. num. 13. & c.
9. glos. 8. num. 3. Stephan. Gra-
tian. discept. forens. tom. 5. cap.
918. num. 65.

37 *Amplia etiam in lege penali, ut*
ex Villagut. tradit Lara de capel-
lan. lib. 1. cap. 5. num. 24. Cardos.
in praxi iudic. & aduocator, verb.
Lex, num. 24. & verb. Pœna,

R communia iuris. 397

na. 25. optime P. Rebel. de oblig.
iustit. p. 1. lib. 1. q. 6. sect. 4. n. 20.
Mari. Anton. variar. lib. 3. resolut.
39. num. 1. Menoch. de præsump-
lib. 5. præsumpt. 33. num. 18.

18 *Et ubi diuersa ratio reddi non po-*
test, diuersum ius induci non de-
bet, l. 3. §. 1. D. de iniust. rupto.
irritoque fact. restam. l. A Titio,
108. D. de verb. oblig.

19 *Diuersitas autem rationis, diuer-*
sitatem iuris inducit, l. Inter stipu-
lantem, §. Sacram, D. de verb.
oblig. l. fin. D. de ritu nupt.

Et ubi diuersa est ratio, diuersa
quoque debet esse dispositio, l. Si ita,
D. de damnum testam. l. Si fer-
uus, D. de stat. liber. Deci. consil.
394. n. 3. Surd. consil. 67. n. 19.

20 **R A T I O** *Eadem est de parte,*
quoad partem, quæ de toto, quoad
totum, notauimus supra, liter. I.
num. 143.

21 **R A T I O** *non potest reddi*
omnium, quæ à maioribus con-
stitutata sunt, l. Non omnium, 20.
& l. sequent. D. de legib. An-
guian. de legib. lib. 1. controuers.
4. num. 1. & 3. Ioan. Anton. Man-
gil. de imputat. q. 69. num. 45.
Stephan. Gratian. discept. forens.
tom. 5. cap. 810. num. 15.

R Axiomata, & loca

- 22 **RATIO** maior excludit minorem, notauimus supra, lit. M. num. 2. & rationes dua vincunt vnam, cap. Causam quæ, de re iudic. §. Si vero, instit. de adopt. Auth. Cessante, C. de legit. hered. Bald. consil. 188. (incip. In substitutione) lib. 1. per quem, & per Card. Tusch. lit. R. conclu. 34. limita, & intellige.
- 23 **RATIO** summa est, qua pro Religione facit, notatur infra proxime, num. 61.
- 24 **RATIONE** quod caret, incivile dicitur, Ludovic. Rodolphin. var. quæst. lib. 2. q. 46. num. 2.
- 25 **RATIONE** legis cessante, eius dispositio cessat, diximus supra, lit. L. num. 22.
- 26 **RATIONEM** querere, ubi habemus sensum, est infirmitas intellectus, Bald. consil. 360. (incip. Quia quæstio ista) num. 3. lib. 3. Scacc. de commerc. §. 7. glof. 2. nu. 35. ubi, quod sic pariter, ubi rationem naturalem habemus, & legem positivam querere, superfluum est, ex cap. Consuetudo, dist. 1. & Rebuf. ibi relato.
- 28 **Et ubi de intellectu legis positivæ dubitatur; ad rationem naturalem recurrendum est, idem ipse Scacc.**

R communia iuris. 398

dist. tract. §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 19. num. 15. confirm. 2.

RADIX infecta arborem, & fructum inficit, Ioan. Anton. Mangil. de imputationib. quæst. 67. num. 15. Peccatumque in capite, membra etiam inficit, Joseph. de Sess. decil. 99. num. 4.

Et exclusa radice, excluditur omne, quod ab ea dependet, Paul. Castrenf. in l. Illam, 19. C. de collat. num. 8. in fin. & num. 9.

RATI HABITIO retrotrahitur, & mandato comparatur, capit. Rati habitationem, 10. de regul. iur. lib. 6. cap. si. de iure iur. cod. lib. 1. Semper qui non prohibet, 60. (ubi Decianus) D. de reg. iur. l. Licet, D. de iudic. l. Bonorum, D. rem rat. haber, la fin. C. ad S. C. Macedon. l. Si pecuniam, C. de negot. gest. Rota Roman. decil. 132. num. 23. p. 9. in nouif. Gail. obseruat. 47. in fin. lib. 1. Rota Genuf. decil. 92. n. 2. plene Cost. de retrotract. casu, 4. c. 8. & casu, 28. c. 8. n. 2. Card. Tusch. lit. R. conclu. 2. Alex. Trentac. var. resolut. lib. 2. tit. De procurator, re solut. 9. n. 1. Camil. Borrel. in sum. decil. tit. 66. n. 239. p. 1. Stephan. Gratian. discip. for. to. 4. c. 704

R. Axiomata, & loca

num. 24. & 25. & cap. 706. num. 9. & 10. & tom. 5. capit. 926. num. 19.

82 *Amplia etiam in requirentibus speciale mandatum: probatur in l. Quod si de speciali, D. de minor. in l. vlt. §. 1. (ubi Dec. 1. notab.) D. quod quisque iur. in capit. 1. de homic. in 6. & in cap. fin. de iure iur. eod. lib. Alex. consil. 78. num. 19. lib. 5. Rimin. Iun. consil. 203. num. 51. & 52. Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glol. 10. numer. 61. Stephan. Gratian. dist. cap. 704. nu. 25. Trentacinq. dist. resolut. 9. num. 2. Tusch. de conclus. 10. num. 5. Surd. consil. 60. num. 14. & decis. 231. numer. 11.*

83 *Amplia deinde, etiam in delictis, cap. Cum ad sedem, de restit. Spoliat. l. 1. §. Deiecisse, vers. Sed etsi cum quis, D. de vi, & vi armat. De qua ampliatione, intellectibus, & limitationibus, plene Alex. Trentacinq. d. loco, num. 3.*

84 *Limita ne in prauiditium tertij procedat, quo casu ratihabitio non retrotrahitur, argum. l. Si patrem, §. fin. D. quemadmod. seruit. amit. Alex. d. consil. 78. num. 10. Felin. in c. Sicut tuis, vers. Septimo*

R. Communia iuris. 399

mo fallit. de simon. Trentacinq. dist. resolut. 9. nu. 5. Natt. consil. 315. nu. 2. & consil. 504. num. 20. Becci. consil. 66. nu. 25. Surd. decis. 245. nu. 8. Osasc. decis. Pedamont. 112. nu. 23. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 957. nu. 18. Colla d. cap. 8. casu, 40 num. 14. ubi limitat, num. 15.

Limita 2. quando tempore, quo fit ratificatio, potuit actus per ratificantem geri, alias secus, dist. l. Bonorum, D. rem rat. haber. l. 1. in princip. D. de appellat. recep. Alex. Trentacinq. dist. lib. 2. tit. de procurator. resolut. 9. num. 6. Et hac de re videndus Deci. late declarans in d. l. Semper qui non prohibet, num. 13.

Limita 3. & intellige, in actu rato, secus, si in nullo, quia ratificari non potest, quod nullum est, Bart. in l. Quod obseruare, opposit. 1. D. de offic. Proconsil. Alex. d. consil. 78. num. 24. lib. 5. Deci. in dist. l. Semper, 60. num. 16. Trentac. dist. resolut. 9. nu. 8. Natt. consil. 262. num. 10. Osasc. d. decis. 119. num. 26. Surd. dist. decis. 245. num. 5. vsque ad 13. & consil. 183. numer. 34. & 35. Cardin. Tusch. liter. R. conclus. 24. Co-

R. Axiomata, & loca

sta dist. cap. 8. casu, 4. nume-
ro 16.

37 *Limita, & intelliga 4. quando res est integra, aliter secus, Alex. dist. conf. 78. num. 23. Trentac. repetito loco, num. 7. Cardin. Tusch. dist. lit. R. conclu. 21. num. 33. Polydor. Rip. obseruat. 124. nu. 1. & per tot. obseruat. vbi plene de huius assertionis veritate, & intellectione. Pluribus alijs modis limita per supra relatos, precipue Trentac. & Tusch. qui ad longum limitaciones prosequuntur citatis locis.*

38 **RATVM** quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum, cap. Ratum, 9. de reg. iur. lib. 6. cap. Cum quis, de sentent. exco-
munic. eod. lib. cap. Cum ad sede, de restit. Spoliar. l. Si pupilli, §. Sed si ego, D. de negot. gest. l. Si seruus, D. de precat. Dec. in l. Se per qui non prohibet, 60. nu. 17. Surd. conf. 9. n. 52. Decian. conf. 36. nu. 22. vol. 1. conf. 60. nu. 16. vol. 2. confil. 88. nu. 20. lib. 3. Borrel. conf. 64. n. 13. Menoch. conf. 12. n. 21. Trentac. variar. resolut. lib. 2. resolut. 9. num. 10. Cardin. Tusch. lit. R. conclu. 10. Giurb. in consuetud. Senat. Messan. cap. 9. glos. 5. nu. 44.

Limita

R. communia iuris. 400

Limita in praedictum ratum habentis, l. Sifundus, §. 7. D. de pign. l. Mater (vbi glos. & Bal.) C. de reuendicacum multis apud Tiraq. de retract. contang. §. 1. glos. 9. n. 235. Trentac. d. loco, Cauale. decis. 19. n. 4. p. 4. Ofac. decis. 138 n. 18. Turret. conf. 52. nu. 14. refert Giurb. d. glos. 5. nu. 44. p. 1. Surd. confil. 33. nu. 14. Tusch. d. conclu. 10. nu. 10.

REBUS & non verbis legem ponimus, diximus sup. lit. L. nu. 33.

RECVSATIO, & appellatio a pari procedunt, notauimus supra, lit. A. nu. 520. & seq.

REDDITVM non videtur, quod detur redditur, l. 3. §. Si reddita, D. commod. l. 1. §. Si res, D. de pos. sit. Menoch. confil. 13. nu. 2. Mari. Giurb. in consuetu. Senat. Messan. c. 15. glos. 4. p. 1. n. 1. vbi limita, nisi estimatio damni simul offeratur, ex l. Qui sibi, §. Stichum, & lbi Bart. num. 2. D. de solut. & Barz. decis. 84. num. 17.

REGNVM non capit duos, l. fin. D. de rer. diuis. cap. Licet, extra devot. & vot. redempt. Ioan. Anton. Mangil. de imputation. quest. 82. num. 9. Senec. Agamen. actu, 2.

Ll 4

Net

R *Axiomata, & loca*

Nec regna socium ferre, nec iuda sciunt.

Et in Thyest. act. 2.

Non cepit Regnum duos.

Vnde Lucan. belli civil. lib. 1.

Nulla fides Regni socijs: omnisque potestas

Impatiens consortis erit.

Et ibid. paulo Inferius:

Qua mare, qua terras, qua totum possidet Orbem

Non cepit Fortuna duos.

REX, vide infra hae. tit. nu. 1109.

45 **REGRESSVS non dicitur altio-**
nes suas remittentibus, diximus lit.
A. num. 78.

46 **REGVLAE in debito inherere-**
dum est, donec exceptio vel imitatio
probetur, l. illud, C. de Sacros. Ec-
cles. l. ult. C. de hered. instit. l.
Apud antiquos, C. de furt. l. Ab
ea parte, D. de probat. cap. 2. de
contug. leprof. glos. in rubr. de
regul. iur. lib. 6. Menoch. cons. 88
num. 51. & consil. 187. num. 25.
& de recuper. possess. remed. 14.
num. 32. Surd. decis. 255. num. 2.
& decis. 322. num. 40. cum seq.
& consil. 356. num. 18. Cardin.
Mantic. de contestur. vitam. vo-
lunt. lib. 5. tit. 15. num. 31. Co-
mar. variar. lib. 2. cap. 12. num. 2.
Cald.

R *communis iuris. 401*

Cald. Pereir. de extinct. emphyt.
cap. 2. num. 26. Gonçal. ad regul.
8. Cancell. glos. 8. num. 70. cum
seq. Brunor à Sole in locis com-
mun. verb. Regula, Ioan. Petr.
Monet. in tract. de distribut. quo-
tid. p. 1. q. 9. nu. 56. & part. 2. q.
10. num. 25. Aloys. Ricci. decis.
cur. Archiepisc. Neapol. 107. n. 2.
& decis. 138. nu. 1. p. 2. Ioan. Mar.
Nouar. q. forens. lib. 1. q. 109.
num. 4. Franc. Viut. decis. 67. nu.
15. Vincent. Fufar. de substit. q.
401. num. 19.

Et qui regula contradicit, asser-
tionem suam expresse probare debet,
dict. l. Ab ea parte, D. de probat.
c. Ad decimas, de restit. Spoliat.
Viut. dist. loco, Bertazo. in repet.
leg. Si quis maior, C. de transact.
num. 603. & 604. Rationem red-
dens: quia tenaces sunt regulae iu-
ris, à quibus recedendum non est, nisi
contrarium expresse reperiat in
iure, Viut. dist. decis. 67. numero
14.

Et qui habet regulam pro se, inteu
tionem suam fundatam habet, & ab
onerè probandi releuatur, Gutler.
de ius am. confirmat. p. 1. cap. 1.
num. 64. & practice. lib. 3. quest. 4.
num. 13. & quest. 76. num. 8. Ber-
nard.

R *Axiomata, & loca*

nard. Græu. ad pract. Camër. Imperial. lib. 1. conclu. 36. confid. 1. Cardin. Tusch. tom. 6. liter. R. conclu. 94. Mart. Antonin. variar. lib. 2. resolut. 59. casu, 11. Mascard, de probat. conclusion. 1261.

48 *Et secundum regulam semper est pronuntiandum,* Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 3. cap. 15. num. 9. Ioan. Mar. Nouar. quæst. forens. lib. 1. dict. quæst. 109. num. 5.

49 **REI** *suae quilibet est moderator, & arbiter,* l. In re mandata, C. mandat. l. In traditionibus, D. de pact. Rota Roman. apud Farin. decis. 105. num. 6. tom. 1. par. 1. Mencha. quæst. illustr. capit. 28. num. 15. Mari. Antonin. variar. lib. 2. resolut. 45. num. 6. P. Molin. de iustit. & iure tract. 3. dispu. 1. conclus. 1. Escobar de ratiocin. capit. 9. numero 50. Cardin. Tusch. tom. 2. liter. D. conclu. 486. & tom. 6. lit. R. conclu. 112. Aloyf. Ricci. in praxi rer. for. Ecclesiast. resolut. 149. num. 2. in 2. edit. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 769. num. 78. Thomas de Thomaset. regul. 98. & regul. 247. Mangil. de im-

R *communis iuris.* 402

imputat. quæst. 50. num. 24. & 26. Aurel. Corbul. de iure emphyt. capit. 15. ampliat. 27. num. 2. & sequent. pluribus axioma hoc exornans.

Amplia etiam ad dissipandam, & in mari proficiendum, l. Sed si lege, §. Consuluit, D. de petit. hæredit. quem dicit singularem (alijs relatis) Vincent. Carot. singul. 457. Menoch. de præsum. lib. 4. præsu mpt. 83. num. 8.

Vnde in traditione rei sue potest quis apponere legem, quam veist, dict. l. In traditionibus, l. Si quid possessoris, §. Sic autem, & d. l. Sed & si lege, §. Consuluit, D. de petit. hæredit. l. Legem, C. de pact. l. Legem, C. de donat. cum alijs, de quibus per surd. de alim. tit. 8. prinil. 56. numer. 93. & titul. 9. quæst. 18. num. 13. & 14. & decis. 62. num. 61. Cald. Pereir. de potest. eligend. cap. 16. num. 6. & de extinct. emphyt. cap. 3. num. 11. Cabed. part. 2. decis. 31. in princip. Bouradill. in sua polit. lib. 3. cap. 4. nu. 63. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 175. nu. 5. & tom. 4. cap. 671. num. 2. & cap. 769. num. 4. Cened. pract. quæst. 35.

R Axiomata, & loca,

52 *Limita axioma, favore publico, propter quod male, nisi re sua domino non permittitur, §. Sed & maior, instit. de his qui sui, vel alieni iur. sunt.*

53 *Vel nisi lex aliquo casu ressitat, Thomas de Thomaſet. dict. regul. 447. ubi etiam limitat, & intelligit, dummodo alterius conditionem deterorem quis non faciat. In prauidicium enim tertij,*

54 *† re propria abuti, licet nemini, Menoch. consil. 226. numer. 50. & 51. & de praesumpt. dict. lib. 4. praesumpt. 83. numer. 8. Ioann. Mar. Nouar. quaestio. forens. lib. 1. quaestio. 63. numer. 8.*

55 *REI partes favorabiles sunt partibus actoris, l. Favorabiliores, D. de regul. iur. l. Matrem, C. de probat. capit. Ex parte, de rescript. Menoch. de praesumpt. lib. 1. praesumpt. 90. numer. 1. Thomas de Thomaſet. regul. 120. ubi procedere dicit in fine † liti, quia in princi-*

56 *pio magis fauendum aſerit actori; quod repetit regul. 270. Ita etiam limitant Menoch. de praesumpt. d. lib. 2. praesumpt. 90. nu-*

18.

R communia iuris. 403

18. Gail. practico. obseruat lib. 1. obseruat. 31. num. 9. Buccar. de differ. inter iudic. civil. & crimin. differ. 164. num. 5. & seqq. quibus limitationem hanc declarat. Firmauit regulam Senec. Epistol. lib. 11 Epistol. 83. Quemadmodum (aut) reus sententis paribus absoluitur, & semper quidquid dubium est, humanitas inclinat in melius, &c.

RELATVVM est in referentē 57. cum omnibus suis qualitatibus, l. At se toto, D. de heredit. instit. l. Si ita scripsero, D. de condition. & demonstration. l. At Praetor, §. 1. D. de re iudic. Menoch. consil. 1. num. 83. Sur. decis. 212. numer. 4 & decis. 291. num. 17. & 18. & cons. 362. numer. 8. Gutierrez. cons. 18. num. 56. cum seqq. Tirraque. de legib. connub. glof. 7. num. 287. Cald. Perey. de potest. elig. c. 16. num. 27. & 33. Bouad. in polite. lib. 1. c. 4. num. 22. Steph. Gratian. disceptation. foren. tom. 3. c. 501. num. 16. & 17. Cenall. commun. contra commun. tom. 4. q. 905. num. 13. & 14. Brunor & Sole in locis commun. verb. Relatio, §. Benedict. Aegid. in repet. Ex hoc iure, D. de iust. &

in

R *Axiomata, & loca*

fur. part. 1. c. 8. nume. 91. vers.
Nihilominus, Casar Argel. de
contradict legit. q. 10. num. 87.
Ioseph. de sess. Aragon. dec. 1. 15.
num. 7. 4. Card. Tuf. tom. 6. lit. R.
conclu. 129. Mantio. Rot. Ro-
man. decisi. 137. num. 6. Campan.
In diuersor. fur. Canon. rubr. 12.
6. 7. num. 27. prope fin. Mati. An-
ton. Variar. lib. 1. resolut. 59. ca-
su 16. Rota Roman apud Fa-
rjnac. decisi. 35. num. 6. tom. 1.
part. 1. & decisi. 187. num. 7. ibid.
& decisi. 457. numer. 2. Scacc. de
commerc. 5. 7. glo. 3. numer. 28.
Osual. in Donel. libr. 27. cap. 6.
liter. M. & liter. N. Vincent. Ca-
rot. de excus. bonor. part. 7.
q. 17. num. 11. plenissima Sebast.
de Medic. de regul. iur. regul. 10.
per tot.

58 *Amplia vt vere, proprie, & nata-
raliter, non perfectionem rela-
tum sit in referente, Bal. consil.
212. volum. 5. cuius dictum sin-
gulare affirmat Vincent. Car-
tius singul. 302. & multis. alis re-
latis Sebastian. de Med. d. regul.
10. num. 7.*

59 *RELATIO restringitur, & limi-
tatur ad illud, quod in relato conti-
netur, & nō amplius, Ioseph de Sef.
Ara-*

R *communis iuris. 404*

Aragon. decisi. 125. n. 41. & decisi.
187. num. 110.

*REFERENTI non creditur, ni
si constet de relato, d. 1. Affe toto;
auth. si quis, C. de eden. Sur. con-
5. num. 57. Mar. Anton. variar. li.
1. resolut. 32. num. 5. & resolut.
64. num. 7. & lib. 2. resolutio. 8.
numer. 12. Stephan. Gratian. dif-
ceptat. foren. tom. 4. c. 693. nu-
mer. 2. & 5. Sebast. de Medic. re-
gul. 10. num. 3. per quem plures vi-
dere licet ampliationes, limitationes,
& intellectus.*

*RELIGIONI fauendum est, & 61
samma est ratio, qua pro Religio-
ne facit, l. sunt persone 43. in fin.
D. de Relig. & sumpt. funer. Me-
noch. de pr. esump. li. 6. praeump.
24. n. 11. iunctis traditis per Steph.
Gratian. disceptat. foren. tom. 5.
c. 977. num. 2.*

*REMEDIVM ordina- 62
tium vbi datur, non conceditur extra
ordisparium, l. Quaedam in princ.
ibid. Quia id consequi & c. D. de
eden. l. Cum sine, 11. C. de Carb.
edit. l. In cause, 17. D. de minor.
resolunt. Zazi, lit. resp. c. 20. Al-
phan. collect. 755. Men. de recup.
possef. remed. 15. nu. 12. Mauri-
de integr. restitut. ca. 11. Sfort.*

R Axiomata, & loca

cod. tra. & par. 1. q. 17. Cald. Pe-
 reyr. in l. Sicuratorem, verb. Per-
 quod priusnum, num. 16. & verb.
 Implorare, num. 9. C. de integ.
 restitut. minor, Morla in empor.
 tur. part. 1. titul. 5. q. 3. nume. 2.
 Christoph. de Paz in schol. ad leg.
 Stylli. l. 171. nu. 1. Petr. Barbof.
 in l. Quia tale, nume. 63. D. solat.
 matrim. Car. Tuf. tom. 5. li. O. cō
 clu. 182. Menoch. prafum. 190-
 n. 37. lib. 4.

63 *Intellige, si remedium extraordi-
 natum vtilius non fit ordinario se-
 cus si vtilius, aut pinguis ordinario
 fit, DD. in l. In provinciāli, D. de
 noui oper. nunciat. Zazi num. 20.
 Maurit. 7. Sfort. 33. Morla 12. in
 dictis locis, Tiraq. in l. Si vnquā
 verb. Libertis, n. 114. C. de reuo.
 donat. Cald. in d. l. Sicuratorem,
 verb. Læti, nu. 11. Pinel. in l. 2.
 C. de rescin. vendit. part. 3. c. 1.
 num. 19.*

64 *REMEDIo nouo iudicent, qua
 de nouo emergunt, vide supra, lit. E.
 num. 38.*

65 *RENUNCIANTI iuri suo
 non datur regressus, diximus supra li.
 A. nume. 78.*

RENUNCIARE
iuri, vel fauori suo, quilibet potest,

R communia iuris. 405

*notatur supra, lit. F. n. 118. & lit. I.
 num. 170.*

RENUNCIARE 66
*iuri defuturo non potest, l. Non
 potest, D. de iudic. l. Si is qui,
 vbi Doct. D. de acquir. her. l. si ita
 scriptum, §. si sub conditione, D.
 deleg. 2. Car. Tuf. lit. R. con-
 cluf. 172.*

*Nec iuri quod quis sibi competere 67
 ignorabat, renunciare presumitur,
 notamus supra, liter. I. nu-
 mer. 172.*

RENUNCIATIO §. *expresse, ad 68
 ignorata non trahitur, l. Mater de-
 cedens, in prin. D. de inoff. test.
 l. Cum Aquiliana, D. de transact.
 l. Ex maleficis, §. Longe minus,
 D. de action. & oblig. Tiraq. in
 l. Si vnquam, in prafation. num,
 98. & 99.*

*Amplia etiam in dubitante, vt 69
 nec ad ea, de quibus quis dubitat an
 sibi competant, renunciatio trahatur
 l. final. §. Sed quærebatur, C. de
 de furt. Bal. in l. Leges sacratissi-
 mæ, num. 2. C. de legibus, & in l.
 Sciendum, num. 33. D. de verb.
 obligat. in l. 3. §. Genera, num. 17.
 D. de acquir. possess. in l. Qui
 aliena, §. Is qui putabat, nume. 8.
 D. de acquir. her. & in l. Nec*

R *Axiomata, & loca*

is, §. Heres institutus, n. 10. D. eo-
tit. Tiraq. *alia iura in id expendens*,
d. loco, num. 97. Vincent. Carot.
singul. 183. vers. Ampliatur, *vbi*
duobus versic. seqq. dupliciter id li-
mitat.

70

Primo, in dubitante qui de facili po-
tuit certiorari, ob quod non excusa-
tur, ex glo. in l. Locus, 26. verb.
Mei iuris. D. de acquir. possess.
glos. in l. Regula, §. Sed & factis,
verb. Diligenter inquirédo, D. de
tur. & fact. ignor. & las. ad l. Si
per errorem, n. 6. D. de iurif. om-
ni iudic..

71

Secundo, indubitante de qualita-
te persone, cui non parctur, cum in-
quirere debuisset, ex las. in l. Quan-
dium, num. 7. C. qui admitt. Deci in
l. Qui cum alio, n. 3. D. de reg. iur
Locet limitatorem hanc idem Dec.
cum alis à Carot. ibid. re-
latis reiciat, cum nec ignoran-
tia hoc in casu excuset, ex diff.
l. Qui cum alio, iustis nota-
tis à Nobis supra lit. C. num. 202.
& seqq.

72

REO fauendum in dubio est,
potius quam aitori, capit. Cum
sunt parctum de regul. iuris li-
br. 6. & notamus hac ead. lit. n.
55. & seqq.

R *communis iuris. 406*

R E P R O B A R E 73
non possum in alio, quod in me ap-
probo, nos autimus supra liter. M.
num. 111.

R E P R O B A R I *non potest semel* 74
approbatum, diximus supra liter. A.
num. 221.

R E P R O B A T I O 75
vnus ex duobus propositis, approba-
tionem alterius, videtur includere:
leg. Tribunus, §. final. D. de
testament. milit. vbi Bald. cap-
pit. Nonne: extr. de præsumpt.
sur. decisi. 195. num. 3. Per. Bar-
bol. ad l. Cum Prætor in princip.
num. 37. & 53. cum seqq. D. de
iudic.

R E S *transit cum suo onere ad que* 76
cumque vadat, l. Is cui nouum, 23
vbi Iacelass. numer. 6. D. de noui
oper. nunciat, l. si conuenerit,
18. §. si fundus, D. de pigno-
rat. act. l. 1. C. de distr. pignor.
l. Iulianus, l. Catus, vbi Bartol.
D. de manum. testam. l.
Pomponius, §. 1. D. de acquiren.
possess. l. fin. §. final. D. de con-
trah. empt. l. Via constituti, §. si
fundus, D. de seruit. rustic. præd.
capit. Si quis lateus, & ibi gloss.
16. §. 1. capit. Ex literis de pig-
nor. capit. Pastoralis, de decim.

R Axiomata, & loca

l. 8. tit. 1. 3. i. part. 3. Ordin. Reg. Lusit. lib. 4. tit. 3. in princ. Bellacomb. tom. 1. commun. opta. lib. 3. tit. commu. seruitut. num. 67. Menoch. cons. 2. num. 31. col. 36. num. 11. & consil. 80. num. 79. Cabed. decis. 52. num. 1. part. 2. Barbof. in l. Postdorem, num. 5. D. solut. matrimo. Cal. Peretr. de extinct. emphyt. cap. 3. num. 33. & de empt. c. 10. nu. 10. & c. 27. num. vltim. Car. Tuff. tom. 5. liter. O. concl. 145. Ioana. Frano. Leo in Thesaur. fori Ecclesiast. part. 2. c. 15. num. 41. Aloys. Ricci. in praxi rar. for. Ecclesiast. resolut. 529. numer. 5. in 2. editi. Ioana. Mar. Bellet. disquisit. Clerical. part. 1. tit. de exemptionibus Clericor. & erun. honor. & muner. public. §. 3. num. 2. pagin. 357. & tit. de cleric. debitore, §. 8. numer. 6. pag. 444. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. c. 705. num. 11. Margil. de imputat. q. 196. num. 4.

Amplius etiam si in singularem successorem res transeat, l. Cum fundo, D. de seruit. rustic. præd. l. 3. C. de seruitut. d. l. 8. tit. 31. part. 3. Bellet. d. 5. 8. n. 7. cum aliis exprime citatis.

R communia iuris 407

Et etiam si in privilegiatum res transeat, ut in Ecclesiam, Duen. reg. 100. num. 14. Crauet. consil. 217. num. 5. quos cum aliis citat, Bellet. d. 5. 8. nu. 8. Vel in fisco, ut per Menoch. consil. 75. num. 63. latissime Tiraq. de retract. conlang. §. 1. glo. 9. n. 112. & glo. 10. num. 13. quos adducit idem Bellet. d. 5. 8. nu. 9.

Limita & intellige axioma, 79 in opere reali, non vero in personali, d. l. vltim. C. de contrah. empt. l. Eum cui, C. de action. & oblig. l. Cogi, §. Vnde quaeritur, D. ad Trebelli. l. vltim. C. de heredit. action. d. l. Cum fundo, & ibi Bal. D. de seruit. rustic. præd. notat Bellacomb. d. num. 67. Cal. in l. Si curatorum, verb. Sua facilitate, num. 80. C. de integ. restit. minor.

Limita etiam in opere temporali, quod finito tempore constituto, finitur, l. Pecoris, & ibi glos. D. de seruit. rustic. prædior. l. 1. D. de usufruct. legat. d. l. 8. tit. 31. part. 3. vers. Fueras ende.

RES vna, & eadem diuerso iure 81 censeri non debet, vide supra, lit. L. n. 159. cum duobus seq.

R Axiomata, & loca

82 RES per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur, c. Omnis 27. quæst. 2. cap. Omnis res, de regul. iur. antiquis. Narbon. de appellat. à Vicar. ad Epif. p. 1. num. 95. Valasc. consult. 130. numer. 17. iunctis supra traditis li. N. num. 10.

83 Unde eadem in reuocatione a. Etus, quæ in consecutione ipsius, requiritur solemnitas, Ducen. regu. 187. vers. 18. Cal. Per. de potest. eligen. c. 7. n. 130.

84 Facileque res omnis ad suam naturam reuertitur, l. si vnus, 27. §. Pactus, & §. seq. D. de pact. Menoch. de præsump. li. 2. præsump. 16. num. 2. Mang. de imput. q. 45. nam. 12. Gregor. Lopez in l. 5. tit. 11. part. 4. glo. 3. post princ. Inde Senec. de tranquillit. anim. cap. 11. ait. Reuerti vnde veneris quid graue est?

85 RES sua nemini seruire potest, l. si rem alienam, la 2. D. de pign. act. l. n re communi, D. de serui. vrb. præd. l. Vt frui, D. si vltus. pec. sur. de aliment. tit. 8. præuil. 49. num. 7. & decis. 76. n. 2. Scac. de commerc. §. 2. glof. 5. numer. 89. inspect. 1. Stephan. Gratia. disceptation. forens. tom. 5. cap. pl.

R communia iuris. 408

pit. 376. numer. 10. Quid. de A. mic. de iure empyt. quæst. 15. num. 3. vers. Secundò. quæ num. 9. ibid. limitat. & intelligit. quando totaliter, † & simpliciter res 86 est sua, pleno que dominio, aliter secus.

RES indicata pro veritate habetur, facit rem notoriam, & de albo nigrum: l. si non fortem, §. Heredit. D. de cond. indebit. l. Cum puta. rem, D. de fam. heredit. l. In genuum D. de stat. homin. l. Res iudicata, D. de reg. iur. l. 1. C. quando pro uocar. non est necess. DD. in cap. suborta, de re iud. Masc. de probat. cõcl. 1296. à n. 14. cum seq. Sur. decis. 170. n. 15. & decis. 289. n. 1. & con. 91. n. 2. & conf. 106. num. 13. Brunor à Sole in lucis commun. verb. sententia, 48. Partio. in praxi crimin. q. 21. num. 35. Anton. Monach. Florent. decis. 35. numer. 2. & numer. 24. & 25. Cardin. Tusck tom. 6. litter. R. conclus. 267. Mari. Antonin. vartarum, libr. 1. resolut. 76. numer. 2. & resolution. 94. num. 11.

Et sententia, qua tran- 88 sivit in rem indicatam iuste lata præsumitur, l. Herenius, 63. §.

R *Axiomata, & loca*

§. Caia. D. de eufion. capit. In
præsentia, de renunciat. Alciat.
de præsumpt. regul. 3. præsump.
9. num. 2. Anton. Gabricommun
concl. lib. 2. titul. de sentent. con-
clu. 6. num. 1. Gam. decif. 110
num. 5. Cal. Percyr. de empt. c.
34. numer. 40. Rota Roman. 2.
pud Farinac. decif. 24. numer. 1
tom. 1. part. 1. Mari. Antonin. d.
lib. 1. resolut. 50. num. 30. & reso-
lut. 71. num. 4. & libr. 3. resolut.
13. num. 1. Menoch. de præsump-
t. lib. 2. præsumpt. 67. num. 22.
qui numer. seqq. multipliciter am-
pliat, † In sententia nempe ex com-
municationis: In sententia etiam qua
deinde fuerit retractata: In sententia
lata ex causa partim vera, partim
falsa: In sententia iudicis alioqui in-
discreto, & improbo. Item pendente
etiam termino ad appellandum.
Quinimo, & post appellationem. Li-
ce: in hoc vltimo controuersiam re-
ferat ibid. à nume. 36. cum seqq.
notauimus que supra liter. I. nu-
mer. 131.

Et facit ius quo ad omnes, l.
si seruus, §. Si hereditatis, vers.
Et cum ius, D. deleg. 1. Rot. Ro-
man. apud Farin. decif. 78. num. 1
tom. 1, p. 1.

R *communis iuris* 409

Vniq; consuetudis, & legis habet, An-
ton. Gam. dec. 174. n. 10.

Et pro re iudicata præsump- 90
tionem esse iuris & de iure firma-
tur, alijs adductis, Menoch. de præ-
sumpt. lib. 1. q. 61. nume. 4. & d.
libr. 2. præsumpt. 67. numer. 28-
qui numer. seqq. limitat multi-
pliciter,

Limita primo axioma in sententia 93
in criminali causa lata, qua in rem
iudicatam non tranfit, Méd. a Cast.
in praxi Lusit. lib. 2. c. 9. numer.
7. in fini.

Intellige si grauamen successiuum 94
continet, vt in condemnatione ad
tanceres, trirrenes, vel etiam exilium
tale enim grauamen semper videtur
esse in fieri, & consequenter sem-
per infra tempora appellationis
condemnatus esse putatur. Quæ suis
originalis speculatoris doctrina
in tit. de appel. §. restat nu. 6. &
post eum Ias. in l. Error, in §. C. de
iuris, & facti ign. & in l. Prator
att, §. Aliquando, n. 9. D. de noui
oper. nunciat. Lancel. de attent.
c. 12. limit. 50. n. 131. & seq. Far-
in. me. crimia. p. 1. li. A. n. 236
Sebast. Guazih. in defen. reor. de
fens. §. c. 1. n. 5. St. de appel. q.
2. numer. 144. cum seqq. vi ple-

89

90

R Axiomata, & loca

nissime exemplificans, ampliāns, & restringens.

- 95 Secus si sententia gravamen non cōtineat successivum, sed momentaneū tunc enim sententia etiā in criminali causa lata (si intra tempora à iure ad appellandū cōstitutā, nō fuerit interposita appellatio) in rem iudicatā transit, text. in l. Ad dictos 7. In fin. C. de Episc. aud. & in l. Ad dictos, 29. C. de appel. & cōsul. Scac de iud. li. 1. c. 97 m. 129. & seq. & ex presus de appel. q. 12 n. 2. ad fin. & numer. 142. in fin. vers. Amplia 24.

Licet in contrarium argumentetur ibid. n. 171. Veritorem tamen primum sententiam dicit, neque aliam admittendam in praxi, etiam in tertio pro criminaliter condemnato post appellationis tempora appellante.

- 96 Limita secundo, in sententia lata in causa matrimoniali qua et iam in rem iudicatam non transit, cap. Lator, de re iudic. Vezin. tom. 2. cōmun. opin. li. 7. tit. 14. n. 178. Ioa. ch. Beust. tract. de matrim. c. 39. Hieronym. à Laurent. Aucionē decifs. 70. numer. 3. P. Sanchez de matrim. hb. 7. disput. 100. Couarr. de sponsul. part. 2. c. 8.

R communia iuris. 410

§. 12. Bernar. Græuè ad pract. Camer. Imper. li. 1. concl. 112. Cardos. in praxi iudic. & aduoc. verb. sententia numer. 85. Brunor à Sole eod. verb. numer. 28. Sigismun. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 34. num. 6. Mari Anto. nln. d. libr. 1. resolution 93. num. 7. & 8.

Quamvis per iuramentum fuerit decisio, seraphin de priuileg. iuram. priuileg. 102. numer. 8. limit. 1.

Limita tertio, in sententia excommunicacionis, Sanchez dict. disput. 100. numer. 11. Scacc. d. tract. de appellat. quæst. 12. numer. 150. Menoeh. de præsump. d. libr. 2. præsumption. 167. numer. 23.

Limita quarto, in sententia nulla, qua in rem iudicatam non transit, Magon. decifs. Lucenf. 62. num. 15. & decifs. 98. num. 5. Pute decifs. 374. & 389. num. 3. p. 2. Sur. conf. 61. num. 53. Vantiide nullit. in rubr. Quoties; & infra quod tempus & numer. 8. Azeb. in l. 2. num. 23. tit. 17. libr. 4. no. uæ Reg. collection. Cal. Percir. quæstion. forensil. lib. 2. quæstion. 37. à princip. Mari Antonio.

R *Axiomata, & loca*
variar. dict. lib. 1. resolution. 77-
num. 14. & resolut. 109. nume. 3.
& 4. Menoch. d. præsumpt. 67-
num. 49. & seqq. ubi late quandoque
nullitate constare, vel apparere di-
catur.

*Nec talis sententia exceptio-
nem rei iudicata parit.* l. 4. §. Con-
demnatum, D. de re iudic. Re-
bus. tomo 1. ad leg. Gall. titul.
de sentent. execution. ar. vlt. nu-
mer. 4. pag. mihi 256. Tiraq. de
retract. lignag. §. 1. gloss. 2. à nu-
mer. 5.

27 *Tertio limitat num. 13. Nisi ad excipiendum sit tempus limitatum, ex l. Quoties, C. de precibus Imperat. offer. & Felin. per eum ibi relato,*

28 *Limita quarto, ut licet temporalia ad agendum, perpetua sint ad excipiendum: non tamen ad replicandum, quia temporalia ad agendum, temporalia etiam sunt ad replicandum, casus est singularis in l. Quæsitum, 10. §. In dolo (ubi not. expresse Gothofred. lit. Z) D. de peccul. Alim in pract. §. 1. c. 7. Vincent. Carol. singul. 5. ubi ista tenuisse refert Rott. in vna Roma-*

T *communis iuris, 434*

manor. spoliij coram Puteo 22
Iunij 1595.

TEMPORE eodem quando ali-
quid fit, non datur prius, nec posterius
In Quidam testamento, D. de pec-
cul. legat. Sur. de aliment. tit. 9. q. 29. num. 18:

Tempore autem eodem fieri dicitur
quod successine fit, glo. in l. Antiqui,
ver. Eodem tempore, D. si pars her-
red. petatur

TEMPORE habili aliquid fieri, vel conferri in tempus habile, paria sunt, l. In tempus, 6 2. D. de hæred. instit. & notandum supr. li. F. num. 136,

Es è contra, tempore prohibito aliquid fieri, vel conferri in tempus prohibicum, paria sunt, l. Oratio D. de sponsal. l. Quod sponsus, C. de donat. ante nupticum civitatis supra d. lit. F. n. 135.

TEMPVS non est modus tollende, nec inducende obligationis, l. Obligationum, la 2. in ordin. 24. §. Placet, D. de action. & oblig. 2. At si ita stipuleris, inst. de ver. oblig. ubi Thob. Noni, glo. verb. Allegationem in cap. Cum ex officio 16. de præscrip. Gom. var. tom. 2. c. 11. num. 23. Alois. Ricc. in pract. rer. for. Ecclesiast. dec.

T Axiomata, & loca

732. in 1. edit. & resolut.
 509. numer. 2. in 2. edit. &
 decis. Curiz Archiepiscopi
 Neapolitan. decis. 62. numer.
 4. part. 2. Acaci. Anton. in com-
 ment. ad leg. 1. D. de condition.
 & demōst. super verb. Cum dies
 certus. num. 5. Steph. & Gravian.
 discept. forens. tom. 3. cap. 8 § 2.
 num. 23.

TEMPVS legis qui non obser-
 uat, non dicitur formam legis obser-
 uare. l. Obseruare; §. Poithac, D.
 de offi. Procon. Rebu. in tract. no-
 minat. q. 14. n. 6. Anton. Gamm.
 decis. 337. num. 4. Cardoso in pra-
 xi iudic. & aduocator. verb. Tem-
 pus, num. 1.

TENOR, supple verb. Scrip-
 ture tenor.

TERTIVS, cuius non interest,
 aut de alterius iure oppones, non au-
 ditur, l. Loci corpus, §. Com-
 petit, D. in seruitu. vendic.
 l. Si quis emptionis, §. si ve-
 ro nullum, C. de præscr. 30-
 annor. Natta consl. 419, num. 11
 plena; Anton. Thesaur. decis.
 4. per totam, ubi copiosse male-
 riam cum intellectibus, & limita-
 tionibus examinatis, & iunge dicta
 lit. l. num.

TER

T communia iuris. 435

TERMINI habiles supponen-
 di sunt, l. Qui testamento, 20. in
 princ. D. qui testam. facere poss.
 cum notatis infra, liter. V. nu-
 mer. 62. & supra lit. D. num.
 139. & seq.

TESTATOR videtur se cōfor-
 mare cum iuris dispositione, l. Cōfi-
 citur, D. de iur. codicil. Menoc.
 de præsum. li. 4. præsum. 21. nu.
 35. præsumpt. §. n. 3. & præsum.
 201. à numero 1. cum seqq.
 ubi ampliationes, & limitationes
 assignat.

Et cum dispositione statuti, 39
 l. Hæredes mei, §. Cum ita, D.
 ad Trebell. Farinac. decis. 508. nu-
 mer. 4.

Imo fortius quam cum dispositio-
 ne iuris communis, tradit ex pluri-
 tibus, cum limitationibus Vincen Fu-
 rar. de subtit. q. 311. r. 4. 2. & seq.
 q. 315. num. 9. & seqq. q. 402. nu-
 mer. 62. & seqq. & q. 481. num. 7
 & seqq.

TESTATOR facere 40
 non potest, quin leges in suo te-
 stamento locum habeant, l. Nemo
 potest, §. 5. & in eius repet. Gutt-
 auth. Licet testator, C. de Episc.
 & cler. loz. Mar. Nouar. q. foren.
 li. 9. q. 92. n. 1.

Oo j

Ez

T Axiomata, & loca

41 Et præsumitur sicut leges, l. Lege sacratissimæ, C. de legib. Alci. de præsum. l. 1. præsum. 31. Nouar. d. loco num. 9.

42 TESTATUS pro parte, & pro parte intestatus decedere nemo potest l. ius nostrum, 7. D. de reg. iur. 9. Hæreditas, vers. Neque, iust. de hered. inst. Menoc. de præsum. l. 4. præsum. 48. n. 2. & præsum. 101. n. 41. Sur. col. 93 Car. Tus. li. 7. col. 96. Causal. decis. n. 16. p. 3. & decis. 2. n. 18. p. 4. Camil. Borrell. conf. 99. n. 8.

43 Amplia, quia si ut quo ad bona testatus, & intestatus decedere quis non potest: ita nec quo ad tempus, Molin. de Hispan. primog. li. 3. ca. 10. num. 15. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 76. num. 10.

44 Limita, nisi aliter lex, vel statutum disponeret, Tusch. d. conclus. 96. num. 12. & 13. Paris. con. 85 num. 3. lib. 3. Causal. de usufruct. num. 80. Odh. con. 10. num. 23. Vincen. de Franch. decis. 546. num. 7. Polydor. Rip. obseruat. 94. num. 3.

45 Limita etiam in habente patrimonio, diuersis in locis, 4. quorum legibus eius successio, & dispositio

T communia iuris. 436

tio regulabitur, & poterit in primo patrimonio restatus, & in alio intestatus decedere, Bart. in l. Cunctos populos, num. 36. & 38. & ibi Salicet num. 13. & Imol. num. 1. C. de summ. Trin. & Fi de Cathol. Peregrin. conf. 13. num. 15. lib. 2. & con. 7. n. 7. & 8. lib. 5. Andr. Gail lib. 2. obseruation. 124. num. 13. & 14. Menochi. consil. 1021. numer. 8. Cal. Perey. de nominat. quæst. 14. num. 11.

46 Limita præterea, & intellige in eo, qui in totum testari potest, secus si pro parte tantum, l. fin. C. de iust. testam. Vincent. de Franc. decis. 546. numer. 8. Stephan. Gratian. discept. forensium. tomo 2. c. 382. num. 15.

47 Intellige etiam ab initio, nam ex postfacto, pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere, quis potest, l. Circa, D. de iust. offic. testament. Menoch. conf. 1139. num. 52.

48 Limita deinde ubi testamentum de iure naturali validum est, Magdalen. de num. test. part. 2. cap. 4. num. 40.

49 Limita denique in testante

T Axiomata, & loca

ad plias causas, Bart. in l. 1. num. 70. C. de sacrosan. Eccles. Decio in d. l. Jus nostrum, num. 7. Tiraq. de pia caus. priuileg. 13. Intri- gliol. singul. 97. num. 16. It. 30. Bt ml. con. 277. n. 59. Magdalen. d. c. 4. num. 39. Tusch. d. concl. 96. num. 21.

TESTES & instrumenta

parem vim habent, diximus liter. P. num. 195.

TESTIBVS duobus affirman-

tibus magis creditur, quam mil- le negantibus, l. Diem proferre, §. si plures (vbi gloss. verb. Consen- ferunt) D. de arbit. Curt. de tes- tibus conclu. 2. Vincent. Carot. singul. 553. infinitos referens Faria. eod. tract. de testibus q. 65. n. 10 per quem a. seqq. ampliationes. & limitationes plene vide. Quatuor v- nam assignat Carot. d. loco in cri-

minalibus nempe, in quibus magis creditur duobus negantibus dele- ctum, quam mille affirmanti- bus, quam plurimis suo more rela- tis) tradit etiam Farinac. d. q. 65. numer. 154. & numer. 234. cum duobus seqq.

TITVLVM non habere, vel nul- lum habere, paria sunt, sur. de offi. 45. num. 17. & con. 28. n. 52. Ce-

ph.

T communia iuris. 437

ph. con. 160. num. 11 Nat. conf. 402. num. 54. Ioan. Mar. Nouar. quæstion. forens. libr. 1. q. 126. num. 9.

TOTVM continet suas partes, l.

1. §. si stipulante, D. de verb. ob- lig. l. si alij, D. de usufruct. lega. l. in eo quod plus, l. 1. l. In toto 114. D. de reg. iur. cap. Plus, 35. cap. In toto 80. e. d. titul. libr. 6. Gomez variar. tomo 2. c. 9. num. 4. Menoch. de arbitrar. li. 2. casu 47. num. 6. Couar. variar. libr. 1. c. 2. ex num. 5. & cap. vlt. num. 7. Stéphan. Gratian. discip. forens. tomo 4. ca. 775. numer. 6. & 7. Car. Tusch. memo 8. lit. T. conclus. 336 vbi num. 6. limitat, † quando

totum constituens, in partes diuisas est distinctu, & diuisum, quia tunc unaquæque pars perse stat; secus quã do sunt indiuisa.

TOTVM qui dicit, nihil

excludit, diximus supra, liter. O. nu- mer. 170.

TOTO vitiato, & quilibet eius pars vitatur, l. si nemo, D. de testa- ment. tutel.

TRACTVS futuri tempo-

ris non pertinent ad iudicem, l. N. o quemadmodum, vbi Doct. D. de iudic. l. 1. §. Socius, D. de usur.

sur.

T Axiomata, & loca

Sur. decision. 120. num. 5. & consil. 340. num. 9. Ceual. communia contra commun. tomo 4. q. 899. num. 3.

59 TRADITIONIBVS dominia rerum transferuntur, diximus li. D num. 209.

60 TRASMISSIBILE quod nō est nec cessibile, notauimus supra, lit. A num. 592.

61 TURPITVDINEM suam allegans non est audiendus, colligitur ex rex. in l. Mercenalem, C. de cōd. ob turp. caus. l. Transact. C. de trā fact. l. Pignori. vbi glos. C. de seruo commū. manu miss. l. Cum profitearis, C. de reuoc. donat. c. Inter dilectos, extr. de donat. re. soluunt Bernardus Diaz reg. 24 versic. Quinto, Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 180. numer. 20. & 24. cum seqq. Sur. decision. 196. numer. 6. & decis. 309. num. 16. Mari Antonin. variar. lib. 2. resolut. 11. numer. 75. Rota Roman. apud Farinac. decisio. 605. numer. 12. tomo 1. par. 1. Ioann. Mar. Bellet. disquisit. Clerical. part. 1. titul. de disciplin. Clerical. §. 3. numer. 12. pag. 22. Cardoso. in praxi iudic. & aduocator. verb. Allegatio nu.

me-

T communia iuris. 438

mer. 5. Aloyf. Ricci in praxi rerum fori Ecclesiast. decision. 452. n. 4. alios refert Cenedo ad decret. collect. 10. q. 4. Cardin. Tuf. lit. T. concl. 494. Viui deci. 67. lib. 1.

Amplia etiam in eo, qui eius 62
tui successit, vel auctoris turpitudinem allegat. l. Filios, C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. d. l. Cū profitearis, C. de reuocat. donat. Crauet. cons. 125. num. 6. vbi ampliat etiam in successore singulari, Cardin. Tusch. d. concl. 404. num. 7 & num. 18. 19. & 20. Costa de facti scient & ignor. centur. 1. distinction. 64. numer. 10. Marti Giurb. in consuetud. Senat. Massan. capit. 2. gloss. 11. numer. 5. Viui. d. loco num. 5. Quæ ampliationem multis modis limitat Tuf. d. loco, præcipue à n. 75 cum seqq.

Intellige regulam hanc procedere tantum in materia, in qua turpitudinem allegans liberam habet potestatem, de iure que potest disponere, tunc enim licet eidem turpitudine patrocinatur, contra cap. lex tenore, in fin. de præscriptioni non auditur illam allegans secus si liberam

89-

T Axiomata, & loca

potestatem non habeat prout consuevit, ubi principaliter in Reipublica, Ecclesia, vel anima bonum allegatur, ut in capit. Lator, de re iudic. Ita (ex aliorum merito) recte advertit Sarm. li. 3. select. c. 13. num. 5. & num. 11. Cui resolutio subscribitur Franc. Molin. de rita nuptial. libr. 1. capit. 13, numer. 15. & Thom. de Thoma set. reg. 32. Viul. dist. decis. 67. numer. 7. Vbi quod quando periculum animae vertitur, propria turpitudine allegari potest, & n. 9. in Ecclesia fauorem.

65 Intellige etiam ubi quis ad suum commodum, & utilitatem, turpitudinem suam allegat, secus si ad suum damnum, DD. in l. Ius iurandum ex conuentione, §. Procurator, D. de iur. iur. Rolan. cōs. 14 numer. 72. volum. 1. quem citat Bellet. disquisit. cleric. d. 3. num. 12.

Limita, quando turpitudinem allegans semel fuerit admissus, vel turpitudine detecta, quia tunc ex detecto periuuro, vel turpitudine potest se innuare, ex resolutis per Cost. in l. si ex cautione, fallent. 9. num. 2. Cardos. d. verb. Allegatio, n. 5. Viul. d. dec. 67. n. 8.

Limit

T communia iuris. 439

Limita etiam in criminalibus misericorditer iudicis officium implorandi, Signorol. consil. 180. in princ. vers. Aut misericorditer, Tusch. dist. conclu. 404. num. 44.

Limita deinde in allegante turpitudinem contra turpitudinis participem, Castren. consil. 353. in fin. li. 1. Cepol. cōs. 57. n. 4. vers. Et primo, Tusch. dist. loco, num. 85. 67. & 74. Tiraq. de retract. lig. §. 1. glo. 18. n. 72. Surd. consil. 371. num. 89.

11 Quod tamen sublimitat Tiraq. 68 ubi proxime, in excipiente, vel replicante contra turpitudinis participem, de iure certantem, & glof. 2. numer. 15. Cardin. Tusch. dist. conclu. 404. num. 74. infinitis referens Mari. Glarb. in consuetud. Senat. Messan. dist. capit. 2. glof. 11. num. 5. vers. Excipiendo tamen, part. 1. qui etiam ibidem, versic. & ubi actus, limita pariter, quando actus contra legem fuit gestus, quia tunc suam vel auctoris licet turpitudinem allegare, citat Ial. in dist. l. Ius iurandum, quod ex conuentione, §. Procurator, numer. 10. D. de iure iur. Rain. consil. 125. num. 5. vol. 1. consil. 78. num. 7. volum. 4. & consil. 72.

REMO

T Axiomata, & loca

nu. 1. vol. 5. Menoch. conf. 1 239.
num. 10. & consil. 1 101. nu. 50.
cum alijs.

70 TVRPIS est pars, qua vniuerso
non congruit, c. 2. dist. 8.

71 TVRPIVS egestur, quam non
admittitur hospes, desinitur ex
Ouid. trist. lib. 5. eleg. 7. & pro-
bat tex. in cap. Que madmodum,
§. Alioquin, de iure iur. glos. in
cap. Per vestras, ver. Ad inopiã,
de donat. inter vir. & vxor. exor-
nat Tiraq. de iure constit. p. 3.
limit. 7. num. 43. Surd. de alim.
tit. 7. quæst. 17. num. 41. & consil.
174. num. 13. consil. 175. num.
42. consil. 371. num. 54. Cardin.
Tusch. tom. 3. lit. F. conclu. 12.
num. 4. Anton. Monach. decis.
Florent. 24. nu. 36. & Bonon. de-
cis. 19. nu. 33. Cardin. Seraphin.
Rota Rom. decis. 1483. nu. 14.
Ioan. Mar. Bellet. disquisit. cleric.
p. 1. tit. De disciplina clerical §.
29. num. 7. pag. 163.

V

VARIATIO ibi dicitur, vbi di-
uersa annu reru electio datur, l.
Eum qui certarũ, 138. §. i. De de
verb. oblig. Ioan. Mari. Nouar. in
praxi

V communia iuris. 440

praxi electio. & variat. fori, de-
cis. 30. num. 5. quas in fine, dict.
praxis locauit.

VARIARE non licet, Clement.
unic. de renunciat. vbi Cardin. &
Bonif. de Vttal. post glos. concor-
dantia adducunt, cap. Quod semel
placuit, de reg. iur. in 6. l. Nemo
potest mutare, 75. D. cod. tit. 1.
Quod in heredem, §. Eligere, D.
de tribut. act. Molin. de primog.
lib. 4. cap. 4. nu. 36. Thesaur. lib.
1. quæst. forens. 652. num. 7. Car-
din. Tusch. lit. V. conclu. 21. Fla-
min. Paris. de resign. benef. lib. 3.
quæst. 18. nu. 50. prepo infinitos ve-
ferens Mari. Giurb. in consuetud.
Senat. Messan. cap. 10. glos. 6. nu.
22. vers. Contra, & nu. seq. p. 1.
cum adductis supra lit. A. nu. 291.
& lit. E. nu. 25.

Est enim variatio odiosa, Calde-
rin. consil. 458. alijs. 21. de iure
patronat. in princip. Tusch. dist.
concl. 21. nu. 2. Ioan. Mar. Nouar.
quæst. forens. lib. 1. q. 44. num. 6.
Magon. decis. Florent. 2. nu. 11.
Et legibus inimita, Ba. d. consil. 326.
num. 4. lib. 4. Nouar. in praxi
election. & variat. fori, quæst. 1.
numer. 3. & quæst. 3. numer. 9.
sect. 1.

V Axiomata, & loca

Et ideo restringenda, Calderin.
Tusch. & Nouar. dictis locis. Et
in quibus liceat variare, vel non, vide
late Tusch. dict. lit. V. conclu. 20.
21. & 22. pulchre Nicol. Moron.
de treug. & pace, quæst. 121. à
num. 180. cum seq.

VARIATA persona, varia-
tur conditio rei: diximus supra, lit.
M. num. 116.

VELLE eius est, cuius est velle,
l. 3. D. de regul. iur. Cæsar Argeli:
de contradictor. legit. quæst. 4.
num. 38. Thom. de Thomaset. in
florib. legum. regul. 106. vbi pro-
cedere dicit ante contractum ini-
tum.

Et nolle non dicitur, qui non po-
test velle, l. 4. D. de acquir. hæred.
l. Pater, in princip. D. de condit.
& demonstr. cum traditis supra, lit.
N. num. 45.

VENDERE sibi ipsi nemo po-
test, l. Neque pignus, 45. aliàs, 46.
D. de reg. iur. l. suæ rei, 16. D.
de contrah. empt. l. Cum
res, 4. C. eod. tit. 26. etiam
si procurator constitutus sit ad
venderendum cuiquamque voluerit,
Scacc. de commerc. 9. 1. quæst. 7.
part. 1. num. 15. allegat Rot. Ge-
nuenf. decis. 4. num. 3. Limita t.

V Emmonia iuris. 441

in emente res proprias à se ipso, no-
mine, & mandato alterius, vt per
eundem Scacc. de tract. §. 6. glos. 1.
num. 69.

VENDERE rem suam nemo co-
gitur, aut alienam comparare, l. In-
uitum, 11. C. de contrah. empt.
l. Nec emere, 16. C. de iure deli-
ber. l. Possessores, 12. C. de fund.
patrimon. lib. 11. l. Nemo exter-
us, 8. C. de Iudicis. Nec etiam in-
sto pretio, l. Non enim, 9. D. de
actio. rei. amotar. de iure Regio,
l. 3. tit. 5. part. 5. vbi late Gregor.
Socin. regul. 425. Fab. de Monte,
de empt. & vendit. quæst. 3.
princip. numer. 38. & sequent.
Cardin. Tusch. lit. E. conclu. 117.
& lit. V. conclu. 59. Anton. Go-
mez variar. tom. 1. cap. 2. num.
51. in fin. Didac. Perez in l. 2. tit.
7. lib. 5. Ordnam. vers. Quart-
tur vtrum quis compellatur, & l.
l. 2. tit. 23. lib. 2. glos. 1. versicul.
Tandem quæro, Hieronym. Buc-
car. de differ. Inter iudic. ciuil. &
crimin. differ. 100. num. 18. Ioan.
Mar. Nouar. quæst. forens. lib. 1.
quæst. 32. num. 5. 6. & 7. Nos de
privileg. pauper. & miserab. per-
son. part. 1. quæst. 24. num. 1. &
seq. vbi limitamus, necessitatis, †

V. Axiomata, & loca

& paupertatis ratione, ex l. 1. C. de
Episcop. aud. l. 1. §. Cura carnis,
D. de offic. præf. verb. & alijs,
ibi que ampliamus. Pro alijs limita-
tionibus ad Bart. in l. 1. C. de com-
mun. seruo manumif. optimè agen-
tem, ad aliosque supra relatos licet
recurere, Socinũ præsertim, Tuschb.
& Nouar. citatis locis. Qui scilicet
Nouar. dist. quæst. 32. num. 7. 2.

22 & 3. limitat † fauore Ecclesie,
pro eius constructione, ampliatio-
ne, vel Monasterij claustro, dormi-
torio, aut etiam viridario, & quæst.
31. num. 1. pro seminarij erectio-
ne.

23 **VENDERE** aliud est, aliud
promittere de vendendo. Promissio
animæ de vendendo, venditio non est,
I. in bonæ fidei, D. de eo quod
cert. loc. Tiraquel. de rerrast.
conuent. in fin. num. 41. & se-
quentib. Iac. Roland. à Valle
consil. 69. num. 12. & sequentib.
lib. 3. Surd. consil. 52. num. 13.
& sequent. Ioseph. Ludouic. co-
piosissime, cum ampliationibus, &
limitationibus, commun. conclu-
tit. de empr. & vendit. conelu. 1.
per tot. lib. 7. Cardin. Tuschilit.
V. conelu. 43.

24 **VENTER** non patitur dilatio-

V. communia iuris. 442

nem, Surd. de aliment. l. q. 44. nu.
36. & tit. 8. priuill. 11. n. 3. & decif
323 n. 9. Giurb. decif. 4. n. 45. Nos
de priuill. paup. & miser. pers. p. 1.
q. 50. num. 8.

VERBA sunt signa, & testimo-
nium mentis nostræ, & animi vo-
luntate demonstrant, l. Labeo, 7. §.
Tubero, D. de supel. lega. l. scire,
D. de tut. & curat. dat. ab his, l. 1.
§. Diuus, D. ad leg. Cornel. de si-
car. glos. magist. verb. Animus, in
l. Fulcinus, §. Quid sit latitare, D.
quib. ex caus. in possess. eatur, l.
Reprehendenda, C. de inst. & sub-
stit. l. Generaliter, C. de non nu-
mer. pec. cū similibus, de quibus Me-
noch. cōs. in. 262. & de Præsum.
lib. 3. q. 1. n. 39. & de arbit. lib. 1.
q. 7. n. 75. Mascard. de probat. cō-
cl. 145. n. 24. cū seq. Surd. de a' im.
tit. 2. q. 2. n. 1. & consil. 179. n. 62.
Tiraq. in l. Si vnquā, verb. Liber-
tis, n. 17. & 18. C. de renou. donat.
Cardin. Matic. de cōiect. ult. volūt.
lib. 3. c. 4. Aluzrad. de conf. Cur.
mète defuncti, lib. 1. c. 1. Mécha. cō-
trouer. illustr. c. 58. n. 7. Plam. de
resignat. tom. 1. lib. 1. quæst. 19.
num. 29. Brannor à Sole in locis
commun. verb. Home, 4. Mari-
anor. in. variat. lib. 1. resolut. 4.

V Axiomata, & loca,

num. 9. Farinac. in prax. crimin.
part. 5. quæst. 126. numer. 158.
& part. 3. in fragm. lit. A. numer.
229. & decis. 130. numer. 3. tom.
1. part. 1.

16 *Et mentis nunciij, nec presumen-
dum est, quempiam discere, quod nu-
prius mente agitantur.* Menoch. de
presumpt. lib. 1. quæst. 22. num.
1. & 2. ubi, quod verba, & sermones
sunt ingeniorum, morumque imagi-
nes, Castill. controuers. lib. 5. par.
cap. 107. num. 2. *Vnde eleganter
scientissimus Senec. de Moribus: Si
aliquid cogitaueris, cito appare-
bit conuersantibus.*

17 *Et verba debent deservire inten-
tioni, non intentio verbis; ex regul.
1. Non aliter, D. delegat. 3 l. 3. §.
Conditio, D. de adm. legat. cap.
Sedulo, 38. dist. cap. Secundo re-
quiris, de appel. cap. Intelligentia,
de verb. signifi. Tiraquel. in
l. Si vnquam, verb. Libertis, à nu.
47. C. de reuoc. donat. & de ré-
tract. lignag. §. 32. glos. 1. numer.
34. & 35. Cardin. Mantic. de con-
fectur. vltim. volunt. lib. 3. tit.
num. 9. Simón de Pret. de inter-
pret. vltim. volunt. lib. 2. dubit.
solut. 1. à num. 280. iuncto num.
215. Brunor à Sole in locis com-
mun.*

V communia iuris. 443

mun. verb. Verba, nu. 2. Castillo
controuers. lib. 5. part. 2. cap. 86.
num. 40.

*Et non secundum quod sonant,
sed secundum mentem, & intentio-
nem proferentis intelligenda sunt
verba,* l. Non omnis, in princ. D. si
cert. pet. l. 3. §. Si quis hoc inter-
dicto, D. de iher. actuq; priuat.
l. Scire oportet, §. Aliud, D. de ex-
cusat. tutor. l. Non aliter, 69. D.
delegat. 3. l. Sed Celsus, §. 1. ubi
glos. verb. Sequendum, D. de con-
trah. empt. cap. Intelligentia, &
cap. Propterea, extr. de verbor.
signifi. Tiraquel. in dict. l. Si vn-
quam, verb. Libertis, num. 48.
Nauar. in manual. cap. 23. num.
38. Surd. consil. 231. numer. 35.
Gonzal. ad regul. 8. Cancel. glos.
48. num. 55. Franc. Molin. de ri-
tu nupt. lib. 3. quæst. 5 §. num. 50.
*cum ceteris supra, liter. M. nume-
ro 71.*

*Et vbi cumque constat de mente
disponentis, expressa, vel presumpta,
verborum qualitas non azianditur,
l. 3. C. de liber. præter. l. Quoniã
indignum, C. de testam.*

*Vbi autem de mente dubitatur, à
verborum proprietate, non receditur,
dict. l. Non aliter, & latius infra
proxime,*

VERBA secundum propriam significationem interpretanda sunt, l. Nō aliter, 69. D. delegat. 3. Surd. decis. 288. nu. 27. Cardos. in pract. iudic. & advocator. verb. Verbum, n. 6. Brunor à Sole in locis cōmun. verb. Verba, l. Melchior Pheb. decis. 77. num. 14. Cardin. Tusch. to. 8. lit. V. cōcl. 91. Mart. Giurb. in consuetud. Senat. Messan. c. 5. glos. 6. nu. 4. & c. 6. glos. 5. n. 2. Statil. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. c. 1. nu. 6.

VERBIq; proprietates in dubio attendi debet, nec ab ea est recedendum, l. 1. §. Sed si is qui nauem, versio. In re igitur dubia, D. de exercit. act. l. Quidquid astringendæ, 99. D. de verb. oblig. l. Prospexit, in princip. vers. Ipsa ergo, D. qui & à quib. Crauet. conf. 288. nu. 3. ex vers. Itaque, Franc. Becci. cōs. 21. n. 13. Surd. conf. 315. n. 18. & conf. 369. n. 5. Stephan. Gratian. decis. 43. num. 11.

Et secundum Grammaticalem sensum debet accipi, Neutizan. cōsil. 92. nu. 11. Nōs de priuileg. paup. & miser. pers. p. 1. q. 1. nu. 11. & nu. 21. & seq. ubi exornamus.

Et in verbis contractuū, d. l. Quid quid astringendæ, Surd. decis. 288.

num. 27. Mendez à Castro in pract. Lusit. lib. 3. c. 15. nu. 10.

legis, aut statuti, l. 3. §. Hæc verba, D. de negot. gest. d. l. 1. §. Is qui nauem, cum alijs supra proximo Cardos. d. verb. Verbum, nu. 16. Bess. de inhib. cap. 4. §. 5. nu. 19. Becci. cōsil. 53. numer. 4. Surd. cōsil. 425. nu. 31. & seq. cum adductis à Nobis d. q. 1. nu. 10.

Sunt intelligenda verba, quatenus propria eorum significatio patitur, l. Cū lege, D. de testat. l. 1. §. Quod autem, D. de aleator. cap. Ad auertentiam, de decim. Cardin. Mantio. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. nu. 35. Petr. Barbo. in l. Quia tale, num. 37. D. solut. matri. Rot. Roman. apud Farin. decis. 352. nu. 1. tom. 1. part. 1. ubi asserit, nulla in materia quantumvis odiosa, a proprietate verborum recedi, sed latam fieri interpretationem, quatenus eorum proprietates patitur.

Et ab eis non recedendum, quamuis rigida sit dispositio, tradit Ioan. Anton. Mangil. de impu. at. q. 52. nu. 40. & 44.

Limita multipliciter, ut per acatis. nu. Alciat. in tract. de verb. signific. lib. 2. à num. 4. cum seqq.

V *Axiomata, & loca*

& infra proximè num. 24. *limitationem assignamus.*

32 VERBA magis declarant animum, quam facta, l. Recusari, D. de acquir. hæredit. l. Reconuicti, D. delegat. 3.

33 VERBA secundum communem usum loquendi intelligi debent, l. l. berorum, §. Quod tamen Cassius, vbi Bart. D. delegat. 3. l. Labeo, D. de superlect. legat. l. Cum delationis, §. Item, versic. Optimum ergo, D. de fund. instruat. l. Cum autem, C. de donat. ante nupt. Surd. 313. num. 87. & conf. 454. num. 28. Cardin. Mantica. de confectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 8. num. 1. Fr. Anton. à Souff. in tract. de censur. Bullæ Cenzæ, cap. 2. nu. 4. & cap. 6. disput. 39. num. 3. & cap. 7. num. 5. Mangil. de imputationib. quæstion. 57. num. 13.

Vulgaris enim appellatio pro lege habetur, Gonçal. ad regul. 8. Cancell. glos. 11. num. 68. & glos. 30. num. 62.

Et secundum communem hominum intellectum accipienda sunt verba, Didac. Perez in l. 2. glos. Cortuado, in princp. titul. 9. libr. 3. Ordinam,

V *Communio iuris. 445*

Et secundum consuetudinem Regionis, Stephan. Gratian. disceptationum. tom. 1. c. 78. nu. 29.

Et verborum communis sensus, qualitas & conditio personarum attendenda est, Socin. regul. 536. limit. 8. Ceuar. de sponsal. part. 2. cap. 4. §. 1. nu. 2.

Et ob communem usum loquendi à propria verborum significatione receditur, Ioann. Antoni. Mangil. de imputationib. quæst. 58. num. 15. & 16. allegat Bartol. in dist. §. Quod tamen Cassius, & conf. 73. numer. 1. volum. 2. & alios.

Et attento iure communi, non speciali verba intelligenda sunt, l. fin. C. de his qui veni. etat. impetraver.

Limita & intellige vt hac lit. n. 75.

VERBA intelliguntur secundum qualitatem persona ad quam referuntur, l. Plenum, 12. §. Equitij, D. de vsu & habit. l. Ex militari, D. de milit. testam. Ioann. Anton. Mangil. de impurat. q. 126. num. 8. Castil. controuerf. lib. 5. part. 2. cap. 84. num. 6. & numer. 10. 25. & 26. Vincent. Fusar. de substitut. quæst. 339. num. 32.

V Axiomata, & loca

VERBA secundum subiectam
[27] materiam, & naturam contractus
intelligi debent, l. Cum pater, §.
Donatum, D. de legat. 2. l. Si vno,
& ibi Bartol. D. locat. l. Sed et si
possessori, §. 1. §. Item. si iurauero,
D. de iure iur. l. fin. C. de non
numer. pecun. l. Cum manufacta,
in fin. D. de contrah. empt. l. Dam
ni infecti, in princip. D. de damn.
infecti, l. Flum. num. §. Hæc stipu
latio, D. eod. tit. l. Proculus, D. de
usufruct. l. Stipulatus, D. de vsur.
l. Vbi ita donatur, D. de donat.
causa mort. l. Insulam, D. de
præscrip. verb. l. Si olei, C. locat.
cap. Constitutus, extra de reli
gios. domib. cap. Solitæ, de maio
rit. & obed. Euerard, in topic. le
gal. loco, 46. Mascard. de probat.
conclu. 1131. num. 20. Menoch.
de præsumpt. lib. 3. q. 104. n. 18.
Surd. decif. 2. nu. 13. & decif. 43.
num. 16. & de aliment. tit. 1. q.
42. num. 24. & tit. 5. q. 1. nu. 26.
Pichard. In disput. de mora, num.
127. Cald. Pereir. de extinct. em
phyt. cap. 1. num. 35. Gonçal. ad
regul. 8. Cancel. glos. 48. num. 53.
54. & 58. Cardos. in praxi iudic.
& aduocator. verb. Verbum, nu
mer. 4. Brunor. à Sole in locis
com-

V communia iuris. 446

commun. eod. verb. num. 198.
Rota Roman. apud Farinac. de
cif. 62. in nouiss. & decif. 398.
num. 4. tom. 1. part. 1. Cardin.
Tusch. tom. 8. liter. V. conclus.
95. Cardin. Seraphin. Rota Ro
man. decif. 121. num. 11. decif.
398. num. 7. & decif. 541. nu. 6.
Castil. controuers. lib. 5. part. 2.
cap. 87. num. 7. & seq. vbi plene,
Ioan. Mar. Nouar. quæst. forens.
lib. 1. q. 8. num. 3.

Et impropriari debent verba, ut
materia qua de agitur conueniant, §.
Nunc autè admonendi (vbi glos.
verb. Dederint) instit. quib. alieno
lic. vel non.

Et quantumcumq; præcisa verba
secundum subiectam materiã restrin
guntur, Flores Diaz var. q. 24. nu.
33. Castil. c. 87. n. 8. & seq. am
plians etiam in materia stricta, nu.
9. & 10. Tiraq. (vtrumque firmas)
in l. Si inquam, verb. Reuertatur,
n. 37. C. de reuoc. donat.

VERBA debent intelligi cum ef
fectu, l. 1. §. Hæc verba, D. quod
quisque iur. l. pen. §. Docere, D.
Ne quis eû, l. Quoties, D. qui sa
tisf. cog. l. 4. §. Codénatû, D. de re
iudic. l. Si Barsatorâ, D. de fideiuf
soric. Relatum, vbi glos. extr. de
Pp. 2. clerib.

V Axiomata, & loca,

cleric. non resid. cap. Qualiter,
 vbi glos. vlt. de pact. c. Si à iudi-
 ce, de appellat. lib. 6. Thom. de
 Thomaset. regul. 104. Surd. con-
 sil. 3. num. 25. & consil. 179. n. 49.
 Ignat. del Villar in sylua respôs.
 resp. 1. n. 25. Fr. Anton. à Souf. in
 relect. de censur. Bull. Cenæ. c. 4.
 disput. 26. num. 2. & cap. 11. nu.
 6 & cap. 12. disput. 63. num. 2.
 Aloys. Ricci. cur. Archiep. Nea-
 pol. decis. 41. nu. 3. part. 2. Vgo-
 lin. de offic. & potest. Episcop.
 capit. 36. §. 1. numer. 2. Cardin.
 Tusch. tom. 8. lit. V. conclu. 90.
 Cardos. in praxi iudic. & aduo-
 cator. verb. Verbum, numer. 5.
 Francisc. Galet. in margarit. ca-
 suum conscient. verb. Verba, Ca-
 still. controuerf. lib. 5. p. 2. cap.
 96. num. 5. Ioann. Mar. Nouar.
 quæst. forens. lib. 1. q. 1. num. 3. &
 4. Ouid. de Amic. de iure emphy.
 q. 3. n. 8. & q. 75. n. 4. Fufar. de
 substit. q. 650. num. 6.

VERBA debent aliquid operari,

1. 3. in prinçip: D. de iure iur. l. Si
 quando, 109. D. delegat. 1. l. fin.
 D. Ne quid in loco publ. cap. Si
 Papa, in fin. extr. de priuileg. lib.
 6. capit. Si à iudice, de appellat.
 god. lib. Tiraquel. de iure consti.

V. communia iuris. 447

P. 3. limit. 30. num. 36. & de re-
 tract. conuent. §. 1. glos. 2. num.
 24. & num. 45. Crauet. conf. 23.
 num. 3. Mascard. de probat. con-
 cluf. 595. Surd. decis. 64. num. 19
 consil. 127. num. 9. consil. 218.
 num. 15. & consil. 270. num. 10.
 Burg. de Paz consil. 25. num. 21.
 Pichard. ad §. Quod si fugerit.
 n. 15. inst. de emp. Gutier. pra-
 ctic. lib. 3. quæst. 15. num. 39.
 Cald. Peret. de renouat. emphyt.
 quæst. 11. nu. 14. Gonçal. ad reg.
 8. Cancel. §. 7. proçem. num. 127.
 Stephan. Gratian. decis. 47. num.
 17. & decis. 106. num. 19. Bene-
 dict. A Egid. in repet. l. Ex hoc iu-
 re, D. de iust. & iur. part. 1. cap. 8.
 nu. 2. Bertazol. de claus. instrum.
 claus. 21. glos. 14. num. 10. & in
 repetit. l. Si quis maior, C. de trá-
 fact. num. 241. Cardin. Tusch.
 10. 8. lit. V. conclu. 85. Ioan. Mar.
 Nouar. quæst. forens. lib. 1. q. 142.
 nu. 7. Statil. Pacific. de Saluian.
 interdift. inspect. 3. c. 1. nu. 29.

*Et nullum debes esse verbum sine
 virtute aliquid operandi,* Surd. cõ-
 sil. 524. num. 12. *estam minimum,*
 Bertazol. in dist. l. Si quis maior,
 num. 246. *cum tradissis supra,* lit. L.
 num. 14.

V Axiomata, & loca

32 *Et ita debent intelligi verba, ne ma-
neant sine effectu, l. Si stipulatus
fuero, D. de verb. oblig. Menoch.
consil. 1. 2. nu. 48. & consil. 373.
num. 8. Surd. de alimen. tit. 9. q.
16. num. 60. cum seq.*

33 *Nam verborum substantia, & ef-
fectus, non sanus attendi debet, l. In-
fulam, D. de præscript. verb. cap.
In tantum, extr. de Simon. Surd.
decis. 303. num. 5. & consil. 3. nu.
26. cum seq. & de aliment. tit. 9.
q. 16. nu. 22. Flamin. de resig. to.
2. lib. 8. quæst. 8. num. 134. Pinel.
in rubr. de rescind. vendit. p. 2.
cap. 1. nu. 3. in fin. Mari. Anto-
nin. var. lib. 1. resolut. t. nu. 7.*

34 *Et ut aliquid operentur impropriari
debent potius verba, quam ut sint sa-
persua, l. Si tam angusti, 13. vbi
Angel. D. de seruit. l. Si tibi (vbi
Bart. & Doct.) D. si cert. pet. cap.
Si sententia, de sentent. excoñru.
lib. 6. Surd. de aliment. tit. 2.
quæst. 1. num. 39. & decis. 195.
num. 2. Cald. Pere. de extinct.
emphyt. cap. 7. num. 33. Brunor à
sole in locis commun. verb. Per-
ba, 3. & 73.*

35 *Et debent interpretari ut aliquid
operentur in quacumque materia,
etiam stricta, & odiosa in dispensa-
tione,*

V communia iuris. 448

*sione, Rot. Rom. apud Farin. decis.
352. nu. 2. to. 1. p. 1.*

*In contractibus, l. Si stipulatus,
D. de vsur.*

*In statutis, l. 1. in fin. D. ad mu-
nicip.*

*Et in privilegijs, d. cap. Si Papa,
Bertazolvin dist. 1. Si quis maior,
nu. 243. cum duobus seq.*

*Limita, ut per Menoch consil. 179
nu. 20. Vbi quod saepe superuaca-
nea verba scribuntur, & stant sine
virtute aliquid operandi, ex Ias. in
l. Petens, num. 8. C. de pact. & in
l. Cum proponas, num. 3. C. de
transact. Crauet. consil. 80. q. 1. 1.
& alijs.*

*Et cum de contraria mente con-
trahentium constat, aut quando sub-
iecta materia aliud suadet, ex Co-
cijn. Jun. consil. 45. num. 25. lib. 1.
& Deci. consil. 473. num. 11.*

**V E R B A dubia in potiori
significati sunt accipienda, & secun-
dam Grammaticalem sensum, l. 1. §.
Qui in perpetuum, D. si ager ve-
tig. l. 1. §. Si is qui navem, D. de
erect. act. §. Sed ius quidem ci-
le, instir. de iure natur. gent. &
l. c. pen. de sent. excommun.
d. consil. 230. nu. 20. Menoch
præsumpt. lib. 3. q. 39. à nu. 8.**

V Axiomata, & loca

Cardin. Mantica. de coniectur. ult. volunt. lib. 5. tit. 1. num. 6. Fr. Anton. à Souf. in relect. de censur. Bullæ Cenæ, cap. 2. num. 4. Benediſt. A Egid. in repet. l. Ex hoc iure, D. de iust. & iur. p. 1. cap. 10. num. 37. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. c. 14. n. 24. Cardin. Tusch. 10. 8. lit. V. conclu. 101. Barthol. Perez ad extrauag. Ambitioſe, de reb. Ecclef. non atten. n. 15. pag. 92. Ioan. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 1. n. 4. Vincent. Fufar. de ſubſtit. q. 341. n. 3.

38 *Et in aptiori ſignificatu accipienda ſunt.* l. Quoties idem ſermo, D. de regul. iur. Cardin. Tusch. præſti. conclu. tom. 8. lit. V. conclu. 98.

39 **VERBA** *in dubio naturaliter, proprie, & vere, non accidentaliter, ciuilitèr, & ſiſte interpretanda ſunt,* l. ſin. C. de his qui ven. etat. impetrau. l. Fideicommiſſum, D. de cod. & demõſt. l. Ex ea parte, §. In inſulam, D. de verb. oblig. l. Si quis ita, §. ſin. D. delegat. 2. Cardin. Tusch. tom. 8. lit. V. conclu. 102. Mari. Antonii. variar. lib. 1. reſolut. 4. nu. 9. Franc. Galet. in margarit. caſuū conſcient. verb. Verba, Cardin. Mantica. de coniectur. lib. 3. tit. 4. nu. 15. Galliti. de

V communia iaris. 449

verbor. ſignific. lib. 2. cap. 21. nu. 8. & lib. 3. c. 19. n. 2. Nicol. Garc. de Benefic. d. 7. c. 9. n. 32. Tiraq. de iure marit. glof. 7. n. 14. & de iure primog. q. 1. n. 105 & q. 34. n. 17. & q. 40. nu. m. 134. & in tract. le mort. p. 3. declar. 1. n. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 81. nu. 19. & conf. 97. n. 86. Suæd. decif. 303. n. 1. & conf. 90. nu. 24. Cald. de nomin. emphyt. q. 13. nu. 12. col. 2. in ſin. Cardoſ. in præxi iudic. ver. Verbum, nu. 6. Mangil. de imputat. q. 77. n. 88. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 1. n. 6. Caſtil. controuerſ. lib. 5. p. 2. c. 131. nu. 7. Vincent. Fufar. de ſubſtit. q. 383. nu. 3. & q. 386. nu. 39.

Et ſi ciuilitèr, & naturaliter verba intelligi poſſunt; naturaliter potius, quam ciuilitèr debent intelligi, d. l. hu. C. de his qui ven. etat. & d. §. In inſulam, l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, D. de iure fiſc. Tiraq. in l. Si vnquam, verb. Suſceperit liberos, C. de reuoc. donat. n. 15. Ioan. Anton. Mangil. de imputat. q. 110. n. 23 & ſeq.

VERBA *in dubio ſimpliſtèr, &* 40 *non ſecundum quæd intelligenda ſunt,* l. Hoc legatum, in ſin. D. delegat. 3. l. 1. §. Si quis ſimpliſtèr, D. de

V *Axiomata, & loca*

bor. obligat. Cardin. Tusch. to. 8.
lit. V. conclu. 92.

41 VERBA simpliciter prolata ad
intellectum legum referri debent, l.
1. C. de fruct. & lit. expens.

42 VERBA simpliciter prolata intel
liguntur de primo actu l. Dotis pro
missio, D. de iure dot. l. Bon es, §.
Hoc sermone, D. de verb. signifi.
& notauimus supra, lit. D. n. 123.
& lit. S. num. 28.

43 VERBA dubia secundum natu
ram rei, cui adiunguntur intelligi de
bent, l. Si vno, in princip. (& ibi
glos Bart. & Bald.) D. locat. cap.
Constitutus, de religiof. domib.
cum alijs supra citatis hac ead. lit.
nu. 27. Cardin. Tusch. lit. V. con
clu. 96. Peralta in l. Si quis in
principio testamenti, num. 76. &
77. D. delegat. 3. Tiraq. in l. Bo
ues, §. Hoc sermone, limit. 18.
num. 1. & 2. Vbi ex hac regula il
lius, §. ideterminationem limitat, vt
de primo actu non intelligatur, quā
do rei natura, vel subiecta materia
repugnat, Alex. Raudenf. de ana
log. lib. 1. cap. 23. num. 11. & 12.
& cap. 34. n. 235. Surd. decif. 322.
nu. 37. infinitos referens Castill. con
trouerf. lib. 5. p. 2. cap. 86. nu. 3.
& sequet. vbi multipliciter ampliāt,
mul.

V *communis iuris. 450*

multipliciter etiam Tiraq. in l. Si
vnuquam, verb. Reuertatur, n. 37.
C. de reuoc. donat.

VERBA in dubio, rebus sic stan
tibus intelligenda sunt, l. Quod fer
uius (vbi glos. verb. Potest) D. de
condict. ob. caus. l. fin. §. Idē quæ
sijt, D. de condict. indebit. l. Pau
lo Callimacho, §. 1. D. delegat. 3.
cum add. l. si. pr. lit. D. nu. 105.

VERBA in dubio potius moda
liter, quam conditionaliter intelligū
tur l. Quæro, §. Interlocutorem,
D. locat.

Modus enim in dubio potius præ
sumitur, quam conditio, vt notau
mus supra lit. M. n. 103.

VERBA in dubio de actu valido
sunt intelligenda, l. 4. §. Condem
natū, D. de re iudic. Cardin. Tusch
to. 8. lit. V. conclu. 99. & seq.

VERBA dubia contra præferen
tem sunt interpretanda, l. Veteribus,
40. vbi Bart. D. de pact. l. Quid
quid astringēda, D. de verb. obli
l. Labeo, D. de contrah. empl. 2.
tit. 33. p. 7. Menoch. conf. 110. nu.
36. & conf. 179. n. 19. Surd. decif.
322. n. 63, & de aliment. tit. 6. q. 1.
n. 26. Petr. Barbo. in l. Si quis incē
sione ambigua, 66. n. 28. D. de lu
dic. Médez & Castr. in praxi Lusi.
lib.

A Axiomata, & loca

lib. 1. capit. 3. num. 41. Cardos. in
praxi iudic. & aduocator. verb.
Verbum, num. 9. Cardin. Tusch.
tom. 8. lit. V. conclu. 106. Mari.
Antonin. variar. lib. 2. resolut. 24.
num. 19.

48 Quod licet verum sit in contracti-
bus; jecus fit in libellis, l. Inter sti-
pulantem, §. Si Stichum, D. de
verb. oblig. Bal. cons. 489. n. 3. in
fin. Castrens. cons. 199. n. 4. lib. 2.
Roman. cōf. 136. in princ. A Egid.
decif. 733. in fin.

49 Cur autem in iudicijs in fauorem
proferentis interpretatio fiat; non ve-
ro in contractibus? vide Cardin.
Mantic. de tacit. & ambig. con-
uent. lib. 2. tit. 4. n. 99. cū seq. &
alios relatos ab Alphā. collect. 248.

50 VERBA ambigua secundum ius
commune, & statuta sunt interpre-
tanda, c. Cum dilectus de consue-
tud. Ioan. Mar. Nouar. quæst. fo-
renf. lib. 1. q. 91. nu. 7.

51 Et secundum intentionem profe-
rentis, l. Si quis intentione, §. 6.
D. de iudic.

52 Et quando verba sunt ambigua, nec
aliter de voluntate disponentis cōstat;
vitiatur dispositio, l. In ambiguo,
D. de reb. dub. l. Duo sunt Titij,
D. de testam. tutel.

V communia iuris. 451

In delictis verba ambigua in
meliorem partem accipi debent,
l. Si Præfes, & l. pen. D. de
pen. l. Hæ enim caufæ, 4. D. de suf-
pect. tutor.

VERBA vniuersalia omnia in-
cludunt, quia qui omne dicit, nihil
excludit, l. Iulianus, D. delegat. 3.
Cardin. Tusch. tom. 8. li. V. con-
clu. 121. & notatum est supra, lit.
O. num. 17.

Restringuntur, secundum su-
biectam materiam l. 3. §. si quis hæ
redi, D. de stat. liber. Rot. Roman.
apud Farinac. decif. 542. n. 4. to-
mo 2. p. 1.

Restringuntur etiam, ne absurdi,
aut iniqui quidquam sequatur, l.
Ut gradatim, §. sed si lege, D. de
muner. & honor. Mari. Antonin.
variar. lib. 2. resolut. 40. n. 11. & 18.
asserens num. 12. & 19. restringen-
da ad id quod est æquum. Vne quis
indebite damnumpatiatur, vel ad al-
lium lucrum indebite cum alterius
iactura perueniat.

VERBA genera, & geno-
raliter sunt intelligenda, eg. 1. §.
Quod autem, D. de aleator. l.
In fraudem, & ibi Bald. D. de
testament. milit. l. De pretio, D.
de public. in rem act. l. Si serui-
tus

V Axiomata, & loca

tus, D. de seruit. urban. prædior.
l. Regula, §. ult. D. de iur. & fa-
cti ignor. l. final. in fin. C. de dot.
promis. l. Si finita, §. De cæteris,
D. de dama in fact. l. 1. §. Genera-
liter, D. de legat. præst. Afflict de
cisl 319. num. 3. Tiraq. in l. Si vn-
quam, in princip. num. 118. C. de
reuo. donat. Thom. de Thoma.
set. regul. 131. Sur. decis. 122.
num. 1. & conf. 271. num. 28. O-
xed. de incompatibil. benef. p. 1.
c. 14. num. 20 Burg. de Paz con-
17. num. 2. Valaf. consul. 113. n.
21. Ioan. Franc. l. eo in Thesaur
fori Ecclesiast. part. 2. c. 6. num.
70. Portol. in tractat. de confor-
tibus, & fideicommiss. legal. c. 6.
numer. 16. Aloys. Ricci. decis. 5.
var. Archiepisc. Neapolitan.
286. numer. 5. part. 2. & in pra-
xi rer. for. Ecclesiast. decis. 419.
num. 1. & decis. 605. num. 2. in 1
edit. & resolut. 356. & 529. in 2.
edit. Fran. Molin. de ritu nupt. li.
3. q. 87. num. 16. Mari. Antonin.
variar. lib. 1. resolut. 42. numer.
5. Caldas Pereyr. de potestat. e-
ligend. c. 16. num. 18. Cardinal.
Tusch. tomo 8. li. V. concl. 22. in
finitos referens Farin. con. 65. in ad
ff. G. lib. 1.

V communia iuris. 452

*Amplia etiam in consti-
tutione odiosa penali, & cor. 58
reftoria, Rott. Roman. apud Far-
rin. decis. 41. num. 19. & seqq. to-
mo 1. p. 1.*

*Et habent vim specialis expressio- 52
nis, Gutier. conf. 5. num. 4. Gon-
zal. ad regul. 8. Cancel. glo. 9. n.
23. cum seqq.*

*Restringuntur tamen ad suas
causas. Crauet. conf. 1. 171. num. 60
13. allegat. text. quem ponderat, in
cap. Si à sede. de restit. spoliator
li. 6. quem debuit allegare tit. de pre-
ben. in 6. Flaminio de relig. li. 9. q.
17. num. 94..*

*Et quantumuis generalia, debent re. 62
stringi ad ratione, & causã propter
quã fuerunt prolata, & intelligenda ius
secundũ ea qua procedunt, l. Non est
nouũ, D. de legi. l. Hæres meus, §.
1. D. de leg. 1. Menoc. cõf. 496. n. 54
Sur. con. 4. 31. n. 12. iunctis notatis
supra li. P. n. 126.*

*Restringunturque ad habilia, l. 62
Ut gradatim, in princ. D. de muner.
& honor. l. 1. in princip. C.
de sacros. Eccl. Menoch. D. de re-
cuper. possess. remed. 4. num. 755
& de retinen. poss. remed. 1. n. 38.
Sur. dec. 112. n. 2. Fran. Molin. de
ritu nupt. li. 3. q. 85. n. 61. Castil.
con-*

V *Axiomata, & loca*

controuerf. lib. 5. part. 2. c. 89-
num. 15. Stephan. Gratian. dif-
cept foren. tom. 4. c. 724. nume.
18. Ioan. Mar. Nouar. q. foren. lib
1. q. 8. num. 5.

63 *Vbi autem de fauore pu-
blico vtilitatis agitur, verba genera-
lia ad habilitate nō restringuntur, l.
Siquis in graui, §. Vtrum, vbi Bar.
D. ad Syllan.*

64 *Restringuntur etiam verba gene-
ralia, vt caufus inſolitos non inclu-
dant. R. Min. Iun. con. 40. n. 21-
lib. 1. Flores Diaz variat. queſt-
24. num. 33.*

65 *Nec ad incogitata exten-
dantur, l. Cum Aquiliana, D. de
tranſact. cap. Nequis, vbi glo. vlt.
22. q. 2.*

66 *Restringuntur etiam per verbum
ſpeciale adiunctum. Hic ron. Portel.
de confort. & fideicomif. legal,
c. 6. num. 17.*

67 *Et ex aliunſlo interpretationem
accipiunt, l. Sed ſi adſociatur, 13-
& ibi glo. D. pro ſoci. Cū pluribus
aliis, qua recenset Surd. con-
ſil. 34. numer. 39. & conſ. 315-
num. 26.*

68 *Restringuntur praterca, vt
omnis abſurditas eueniat, l. Scire
oportet, §. Aliud, D. de excu-
ſa-*

V *communis iuris. 453*

ſat. tutor. leg. 1. D. nequid in
loco ſac.

Et ex verofimili diſponentis mente 69
1. Lutus, 2. §. Lutus, 2. D. de le-
gat. 2. l. Creditor, §. Lutus, D-
mandat.

Et ad conſonum intellectum, 70
del. 1. §. Quod at, D. nequid in
loc. ſac.

Nec ad ſpeciales cauſas, res, vel 71
perſonas extenduntur, Eugen. Pe-
ruſ. conſil. 13. numer. 34. li-
br. 1. Flores Diaz diſt. q. 24. nu-
mer. 33. *Vbi quod nec comprehendunt eā, qua ſpeciali nota dig-
na ſunt, ex Quintil. Mandol.
ad regul. Cancell. regul. 13. q. 5-
num. 4.*

Et verba generalia reſcripto- 72
rum restringuntur ſecundum ſus
commune, Gard. Girond. de pri-
uileg. ſeu exemption. explicat,
nume. 275. *vbi numer. 276. idem
aſerit de verbis generalibus ſta-
tutorum, §. num. 724. quod in ver-
bis generalibus Principi reſerua-
ta non veniant.*

V E R B A *ſecundum veriſi- 73*
militudinem ſunt intelligenda, quā-
do de mente non conſtat, Cardinal.
Tuſch. tom. 8. litet. V. conſul-
94. Ioann. Mar. Nouar. q. foren-

V Axiomata, & loca

fis 7 libr. 1. quæstion. 1. numer. 16.

74

VERBA ad intellectum possibilem referenda sunt, l. fin. in prin. C. de contrah. & committ. stipul. l. Stipulatio ista, §. Hi qui sunt de verb. oblig.

75

VERBA quæ de iure intelligi non possunt, de facto intelliguntur, l. Mulier, §. 1. D. de condit. instit. l. Hæredibus, §. fin. in fin. D. ad S. C. Trebel. l. Stipulatio ista, §. Hi qui sunt, D. de verb. oblig.

76

VERBA secundum tempus prolationis intelligi debent, l. Si ita, D. de auro, & arg. legat. l. final. §. 1. D. de legat. 2. l. Nomen, §. 1. D. de legat. 3. l. Resulta Polæ, D. de contrahend. empt. Surd. consil. 454. numer. 13. Mascard. de probation. conclu. 1476. Malac. consil. 58. numer. 3. Cardos. in pract. iudic. & advocator. verb. Verbum numer. 10. & 11. Joann. Mat. Novar. quest. foren. libr. 1. q. 127. numer. 1.

77

VERBA per prius, non per posterius intelligenda sunt, l. Rones, §. Hæc sermone (ubi plene Tit. quæst.) D. de

V. communia iuris. 454

de verb. significat. l. Qui liberis, §. Fæc verba, D. de vulg. & pupill. substitut. Ioseph de Sess. Aragon. decision. 64. numer. 86. Castell. controuers. libr. 5. part. 2. capit. 131. numer. 8. & seqq. Vincen. Fusar. de substitut. q. 320. num. 21.

VERBA ita sunt interpretanda, ne sibi inuicem contradicere videantur, capit. Inter dilectos, §. Ceterum, de fide instrument. Bartol. in l. fin. §. Idem quæ sit, vers. Circa prædicta, D. de cōdict. indebit.

VERBA debent intelligi eo respectu, quo prolata sunt, l. Debitor, §. fin. D. ad S. C. Trebel. l. Si pater, §. Qui duos, & ibi not. Bal. D. de adopt.

VERBA non sufficiunt ubi opus est facto, l. Non omnes, §. final. D. de re milit. l. Peculium, in fin. princip. D. de pecul. l. Iulianus, §. Offerri, D. de action. empt. l. 1. §. Tulisse in fin. D. ad Syllan. capit. 1. & 2. de sequæstr. possess. & fruct. vbi DD. Bellic. tom. 2. commun. opin. li. 8. tit. 27. de solut. numer. 16. pag. m. hi 392. Escobar de ratiocin. capit. 15. numer. 44. Car. Tusch. tomo 3. lit.

V Axiomata, & loca

liter. F. conclus. 21. Stephanus
 Gratianus disceptation. forens.
 tomo 4. capit. 725. num. 32. & c.
 767. numer. 37. Statil. Pacific. de
 Saluan. interdict. inspect. 4. c. 1.
 num. 173.

81 **V E R B A non mutant
 substantiam rei**, l. Cura fal-
 sa, C. de iur. & facti ig-
 nora. Menochi. cons. 372. num.
 18. cum seq.

*Nec verborum multiplicatio
 non necessaria.* l. Pediculis, §.
 Labeo, D. de aur. & ar-
 gento. legat. Bertazol. de clau-
 sul. instrument. clausul. 4. glo.
 3. nume. 3.

82 **V E R B A contrahentium
 à dispositione legis limitationem re-
 cipiunt**, l. Quæro, §. Inter locato-
 rem, D. locat. l. Quidam cum fi-
 lium, D. de verborum obligat.
 Alex. con. 133. Incip. Super quæ
 sitis col. 1. vol. 5.

83 **V E R B A præcedentia de-
 clarant sequentia, & e conuerso**, l.
 Si seruus plurium, §. o. §. final.
 D. de legat. 1. Sur. decision. 288.
 numer. 30. cum seqq. Farinac.
 in praxi criminal. part. 4. con-
 sil. 30. numer. 115. & con-
 silite 65. numer. 110. Mari. An-

V communia iuris. 455

tonin. variar. libr. 3. resolut. 1-
 unim. 60.

*Et magis declarant sequen-
 tia, quam e contra*, Cephal. cons.
 10. num. 16. Vincen. Fusar. de
 de substit. q. 351. num. 16. Iunge-
 que notata supra, li. 5. n. 25. cū duo
 bus seqq.

**V E R B A clara non indi- 84
 gent interpretatione**, l. Licet Im-
 perator, D. delegat. 1. Cardi. Se-
 raph. Rot. Roman. decis. 762.
 numer. 1. Cardinal. Tusch.
 tomo 8. liter. V. conclus. 108.
Nec coniecturis, notanimus supra, lit
 C. num. 74.

**V E R B A que aliquid præ- 85
 supponunt, circa illud non disponūt**,
 l. Ex facto la 1. D. de hæred. in-
 stitut. leg. Neque enim, §. Si
 seruum, D. de milit. testa-
 ment. leg. Generaliter, §. Si is
 qui tutorem, D. de fideicom-
 mis. libert.

**VERBA ubi non conueniunt, 86
 dispositio non habet locum**, l. 4. §.
 Toties, D. de damnat. infect. l.
 Quod constitutum, D. de milit.
 testament. Cardinal. Tusch. tom.
 8. liter. V. conclu. 89, Mari An-
 tonin. variar. libr. 3. resolut. 9-
 numer. 4. Castill. controuers. lib.

V Axiomata, & loca

5. part. 2. cap. 82. num. 1. t. & nu-
mer. antecedentibus *Ido regula*
hac affirmativa, & plene demateria
à num. 1. cum seqq. Et verba legis
cui non conueniunt, nec conuenit e-
ius dispositio, diximus supra liter. L.
numer. 21:

87 **V E R B A** geminita magis
operantur, maiorem deliberationem,
& eorum voluntatem inducunt, l.
Balista. D. ad Trebellian: Bertaz-
zol. de clausul. instrum. claus.
4. gloss. 2. Cardin. Tusch. tom. 4.
lit. G. conclu. 28. num. 2. & tomo
8. liter. V. conclu. 158. cum citatis
supra lit. G. nume. 1.

88 **V E R B A** legum non in ab-
stracto, sed in concreto intelligi, &
accipi debent l. Si in rem in princ.
D. de rei vend.

89 **V E R B A** narrativa
ob aliud prolata non probant,
notauimus supra, liter. A. nu-
mer. 550.

90 **V E R B A** enuntiativa non
inducunt dispositionem, l. Si
quis ira instituat hères si
legitimus, D. de hèresibus in
stitut. vbi gloss. per illa verba,
Si legitimus hèresitatem non
vindicauerit, hères esto, Men-
thac. controuer. illustr. capit. 30
nu.

V. communia iuris. 459
numer. 8. Camil. Gallin. de ver-
borum significat. libr. 5. cap.
14. numer. 8. Cardinal. Tusch.
liter. V. conclus. 82. Stephanus
Gratian. disceptation. forens. to-
mo 2. capit. 111. num. 90. Nicola.
Genu. de verb. enuntiatio. libr.
1. quæstion. 3. per tot. *Vbi co-*
prossissime, apud quos ampliatio-
nes, & limitationes ad futuritatem
videre licet.

Nec verba enuntiativa 91
probant, Gratian. consil. 143.
num. 15. lib. 2. Pari. consil. 77. nu-
mer. 30. lib. 3. Cephal. conf. 608.
numer. 51. libr. 4. Decian.
consil. 32. numer. 75. libr. 2.
Cornaz. decision. Lucens. 212.
numer. 9. Bardell. consil. 49. nu-
mer. 10. Caball. consil. 123.
numer. 7. libr. 2. Nicola.
Genu. dict. tractat. libr. 1.
quæstion. 4. per tot. *Vbi*
ampliatioines, & limitationes,
per centum quinquaginta, &
quisque numeros prosequitur, in a-
xiomatibus, & conclusionibus huius cõfr-
mationem ponderans text. in l. Lu-
tius Titius testamento, §. Quis
quis mihi hères erit, D. dele-
gat. 2. numer. 2. plene, etiam
Car. Tusch. lit. V. conclu. 81.
VER-

V *Axiomata, & loca.*

91 **VERBIS** subtiliter non est dialecticandum, Cardinal. Mantica. de coniectura. vltim. volunt. lib. 1. tit. 1. num. 4. Anton. Monach. Florenti. decisio. 72. num. 27.

93 *Subtilitas namque reprobat ur, vt diximus supra, liter. Si num. 68.*

94 **VERBIS** legem nō imponimus sed rebus, notatum est supra, liter. L. num. 33.

95 **VERBORUM** tenor semper est attendendus, l. Sancimus C. de fideiussor. l. Ad probationem, C. de probat. l. Si stipulatus sit Stichum, & l. Si ita stipulatus. §. Grifogonus, ad fin. D. de verbor. obligation. l. Fideiussores Magistratum, §. 1. D. de fideiussor. *sums late cumulatis* ab AEmilian. conf. 4. Viui deci. 336 num. 3. & 4. lib. 2. refert Francif. Molin. de ritu nupt. lib. 1. c. 20. num. 7. Anton. Gamm. decis. Lusit. 38. num. 2.

96 **VERBO** quod quis non expressit, non videtur mente cogitasse, cap. Tua, de sponsal. cum ibi notatis Cardin. Tusch. tom. 8. lit. V. conclud. 89. num. 3.

97 **VERBORUM** abundantia

V *communia iuris.* 457

